# CATALOGUS

# CRANIORUM DIVERSARUM GENTIUM

QUAE COLLEGIT


J. VAN DER HOEVEN.

Acad. Reg. Scientiar. Neerlandicae, Societatis Scientiar. Hollandicae Harlemensis Sodalis, Regiae Scientiarum Academiae Suecicae, Societatis Linneanae et Societatis Zoologicae Londinensis Socius extraneus, Acad. imper. Medicinae et Societatis philomath. Parisiensis Corresp., Prof. in Univ. Lugd. Bat. ord.



LUGDUNI BATAVORUM,

E. J. BRILL.

1860.

# PRAEMONENDA.

## §. 1. *Consilium Catalogi.*

Nullum fere est nostris temporibus Museum anatomicum quin contineat quaedam diversarum gentium crania. Dubitari vix potest multum in hac parte valuisse exemplum viri, cujus cum de generis humani varietate nativa sermo est, jam nomen prolatum esse videtur. Praeter Musea publica etiam sunt multa privata, quae crania complura gentium continent. Maximum autem numerum horum craniorum collegerat Doctissimus S. G. Morton, in cujus museo privato ultra mille specimina reperiebantur; quod museum generosa liberalitate quorumdam virorum coemtum et dono datum est Academiae Philadelphicae disciplinis, quae ad naturae cognitionem pertinent, dicatae. Inspicienti vero mihi hujus collectionis catalogum, qui ante duos hos annos editus est a Doctissimo Aitken Meigs [1]), brevi apparuit summopere curtam esse supellectilem in iis partibus, quae vulgo in Museis Europaeis fere totum craniorum humanorum numerum efficiunt, cum v. c. Slavonicarum gentium

1) Catalogue of human Crania in the collection of the Academy of natural Sciences of Philadelphia by Aitken Meigs M. D. etc. Philadelphia 1857 8vo.

tantummodo duo crania in Philadelphico Museo inveniantur.

Mirum hoc vix videbitur cogitantibus nobis, quae ratio sit hujusmodi, de quo nunc agitur, apparatus. Quae a doctis viris studio compelluntur crania humana ea vix alia sunt quam quae aut locorum opportunitati, aut amicorum munificentiae debentur, ita ut de aequalitate membrorum desperandum sit, et vel summis divitiis magna penuria admisceatur.

Operae pretium igitur videtur, si etiam quae parvis collectionibus continentur anthropologicis describantur crania humana. Hunc, quem nunc profero, meae collectionis elenchum propterea non prorsus inutilem esse spero. Auctor ad conscribendum mihi fuit, quo digniorem vix nominare possem J. Barnard Davis, Anglus, qui conjunctis studiis cum Doctissimo Thurnam splendidum opus edendo de *Craniis britannicis*, omnibus harum rerum studiosis ita commendatus est, ut vana sit quae nomini addatur meritorum expositio. Accedit etiam quod is, quem modo dixi, Aitken Meigs ejusmodi vel parvarum collectionum catalogos perutiles ad promovendum studium anthropologicum judicaverit [1]).

Nata mihi simul est edenti hunc catalogum gratissima et maxime opportuna occasio grati animi significandi erga eos, qui mihi crania diversa dederunt; inter quos praeter alios citare debeo celeberrimum Retzium, Professorem Holmiensem, cujus in me meaque studia propensus animus tantus est, ut numquam de eo satis magnifice dicere possim. Clarus etiam nostri seculi anatomicae disciplinae promotor J. Hyrtl quaedam crania pretiosa mihi benevole misit. Singula ceterum crania quae dono accepi describens, commemoravi donatoris nomen. Sed silentio hic tamen prae-

1) Hints to craniographers by Aitken Meigs (from the Proceedings of the Academy of Natural Sciences at Philadelphia, August 1858) p. 7.

terire non possum quantum ad collectionem meam augendam contulerint grati discipuli, qui, vel in Africa ad Promontorium Bonae Spei vel in India orientali medicinam exercentes, pie colunt memoriam temporis, quod in Universitate Lugduno-Batava studiis erat consecratum. Inter hos Doctissimus SWAVING praesertim nominandus est, cui fere quartam partem totius collectionis meae gratus debeo, et desideratissimus LESUEUR FLECK, qui dissertatione sua de *Leeuwenhoeckii meritis* nomen suum cum nomine Viri Cl. HALBERTSMA conjunxit, commilitonis quondam sui de eodem argumento scribentis.

## §. 2. *Craniorum mensurae.*

Vix opus est ut copiose dicam de utilitate, quae cum diligenti notatione dimensionum in diversarum gentium craniis conjuncta est. Ut normam quamdam mediam habeamus, ut certior et aptior usus sit verborum, quibus utimur in dijudicanda cranii cujusdam aut singularum etiam partium e quibus constat magnitudine, omnino requiritur ut hae dimensiones notentur, colligantur, conferantur. Est opus taedii plenum, quod nugatorium multis forsan videtur, sed tamen ad perficiendam craniologiam comparatam pernecessarium. Quasnam mensuras in singulis craniis describendis perficiendas existimem jam ex aliis, quae antea edidi, opusculis notum est [1]). In hoc autem catalogo eae tantum mensurae notatae sunt quae ad universam cranii formam pertinent. Primo loco ponenda est totius circum-

---

1) *Tijdschrift voor Nat. Geschiedenis en Physiologie* II. 1835. p. 362—371; — *Essai sur les dimensions de la tête osseuse, considérées dans leur rapport avec l'histoire naturelle du genre humain; Ann. des Sc. natur. Sec. Série* Tom. VIII. 1837, *Zoologie* p. 116—124. *Bijdragen tot de Nat. Gesch. van den Negerstam.* Leiden 1842. 4to. p. 21—41.

ferentiae notatio, quae dimensio ope fili desumitur, supra orbitas et partem maxime eminentem occipitis, cranium universum ambientis (A). Altero loco longitudo arcus dimetienda erat, qui inde a conjunctione ossium nasi cum osse frontis sese per medium cranium usque ad marginem posticum foraminis magni extendit (B). Tum etiam distantia notanda est, quae inter eam ipsam conjunctionem ossium nasi cum osse frontis et ossis occipitis partem postice maxime productam est interposita (C). Quarto loco distantia verticalis cranii inde a margine postico foraminis magni usque ad partem maxime eminentem cranii huic margini oppositam (D). Aliis placet a margine anteriori foraminis magni ducere hanc lineam verticalem. Monuisse sufficiat quem e duobus elegerim modum; ceterum cum foramen magnum in cranio humano ita situm sit, ut oblique anteriora versus adscendat, si ab anteriori margine initium dimensionis sumis paulo breviorem altitudinem invenies, nisi, quod in multis craniis obtinet, anteriora versus magis adscendat arcus; ita enim fit ut differentia fere tollatur. Quinto denique loco mensuram notavi transversam cranii, inter partes maxime prominentes ossium parietalium (E). Haec autem tubera parietalia vix certum in cranio locum tenent; in aliis altiora sunt, in aliis magis declivia et in quibusdam craniis hanc inter ossa parietalia distantiam alia mensura transversa superat, quae inter partes squamosas ossium temporum interjacet. Subinde etiam hanc notavi. Ceterum rationem inter cranii transversam mensuram et longitudinalem summi momenti esse in dijudicanda universi cranii conformatione, ut in brachycephalo v. c. slavonico cranio aut peruviano si cum dolichocephalo aethiopico comparatur, nemo est quin videat. Alias mensuras omisi, exceptis dimensionibus foraminis magni ossis occipitis. Hujus foraminis longitudo indicatur littera G, latitudo autem G'. Si vero iis quae perscrutatus sum craniis jam inductione quacdam

opinio proferenda est, mensura longitudinis et latitudinis foraminis magni tantis subjecta est varietatibus in ejusdem gentis hominibus, ut vix ullius momenti in distinguendis craniis diversarum gentium esse videatur. Dijudicent alii.

### §. 3. *Dispositio craniorum.*

De ordine quo crania, quae collegi, enumeraverim tantum pauca monenda habeo. Ab opusculi enim ratione longe alienum est de divisionibus varietatum generis humani disputare. Gravissimum hoc argumentum qui paucis paginis persequi vellet, imperitiae suae an imprudentiae luculentius dare posset exemplum fere nescio. Forsan numquam habebimus ejusmodi distributionem, quae ab omni parte probanda sit; si autem aliqua spes est, ut ad ultimum hunc finem Historiae naturalis Generis Humani perveniamus, conjunctis tantum multis multorum virorum laboribus unice efficiendum est. Linguarum, quibus utuntur variae gentes, inquirenda est affinitas; historia, quamquam altum ipsius est de plerisque gentibus non Europaeis silentium, consulenda; vitae genus notandum; mitto alia. Haec omnia, quamquam fundamentum divisionis non efficiunt, conjungenda sunt cum iis, qui e cranii diversitate nativa desumuntur, characteribus; hi enim nisi fallor primum quemdam ac praecipuum locum tenent, ubi de methodo naturali in disponendis generis humani varietatibus agitur.

Cum crania a me collecta maximam partem e malaica et aethiopica varietate generis humani desumta sint, non admodum sollicitus fui in disponendis craniis, quae ad gentes Europae pertinent. Americana crania perpauca tantummodo mihi comparare potui.

### §. 4. *Desiderata anthropologica.*

De parvo numero iconum craniorum diversarum gentium huc usque editarum justa querela est. Blumenbachius octo et

triginta annos occupatus fuit in edendis 65 tabulis collectionis suae craniorum (Gottingae 1790—1828). Non inique de his tabulis judicandum est, quae hucusque unicum efficiunt imaginum thesaurum, qui omnes varietates generis humani complexus sit. Praeter illas autem Decades habemus dispersas quasdam in Actis Societatum doctarum aut in peregrinatorum narrationibus craniorum figuras. De craniis Americanis eximie meruit MORTON, cujus nomen jam supra laudavimus, quique plures tabulas edidit lapidi incisas etiam Egyptiorum crania exhibentes. Praeceptor meus olim clarissimus, collega dein desideratissimus G. SANDIFORT artificiosa sua manu crania quaedam delineaverat, quae e *Museo Brugmansiano* deprompta erant, sed edidit tantummodo fasciculos III [1]). Splendidum tandem opus de craniis Britannicis e tumulis effossis edere coeperunt nuper, quos jam nominavi, DAVIS et THURNAM. Vix commemoratione digna sunt, propter parvum numerum, quas ipse edidi quorumdam craniorum humanorum icones; nunc autem in tanta universae supellectilis iconographicae penuria forsan silentio non premendae [2]).

Nihil igitur magis sperandum est quam ut edantur novae multorum craniorum tabulae, quas cum meliores et absolutas

1) G. SANDIFORT, *Tabulae Craniorum diversarum nationum* L. B. 1838—1843 fol. — Singulis fasciculis sex tabulae continentur.

2) Icones quas edidi sunt cranii *Sinensis* (*Tijdschr. voor nat. Gesch.* III. Tab. 4, 6), *japonici* (ibid Tab. 5, 6), *Caffri* (*Tijdschr.* etc. IV Tab. 2, *Bijdragen tot de nat. Gesch. van den Negerstam* Tab. III). Aethiopis e gente *Macua* ad littus orientale Africae meridion., *Tijdschr.* etc. VI. Tab. XI (*Bijdragen tot de nat. Gesch. van den Negerst.* Tab. II), duorum craniorum e gente Caribica *Guajiro*, *Tijdschr. voor de Wis- en Natuurk. Wetensch.* uitgegeven door de Eerste Kl. van het Kon. Nederl. Inst. V Dl. 1852. Pl. I. II. p. 36—41, et tandem nuper Cranii *Aleutae* et Americani septentrionalis e gente antiqua exstincta, *Verslagen en Mededeelingen der Wis- en Nat. Afdeeling der Koninkl. Akad. van Wetensch.* Deel IX. 1859, p. 290. Tab. I. II.

magis requirimus quam quae Decadibus Blumenbachii continentur, non admodum veremur ne nimis difficiles videamur judices. Sed aliud est, quod simul monendum videtur, scilicet ne ita artificiosae et elegantes sint ut vix nisi aut divitum quorundam maecenatum privatas, aut doctarum Societatum et Universitatum publicas bibliothecas intrare possint. In iconibus enim edendis quemadmodum in omnibus fere rebus humanis valet illud veterum: *Ne quid nimis*!

Alia etiam ratione promoveri poterit et jam promovetur craniologia humana comparata, conficiendis scilicet ectypis e gypso. Magna liberalitate ab amicissimo Retzio multa ejusmodi ectypa diversis museis missa sunt. Sed ejusmodi dona necessario magis inter amicos fiunt neque omnibus fieri ab omnibus possunt. Probandum igitur consilium videtur quod ectypa craniorum confici curaverunt nonnulli, quae modico pretio possent divendi. Ita fecit Clar. R. Wagner, qui e supellectili Blumenbachiana crania quaedam selegit ad hunc finem. Ipse quoque hoc mihi faciendum esse existimavi, et tum e Museo Anatomico nostrae Universitatis tum ex mea collectione, craniorum quorumdam ectypa confici curavi, quae tam vili pretio divenduntur, ut cum modico tantum emolumento artifex laborem suum compensare possit. Ejusmodi crania e gypso confecta non minorem forsan utilitatem praebent quam optimae icones, quae hanc tantum ob causam majori commendatione dignae videntnr, quod minus spatium requirant, et in bibliothecis cum ipsis de hoc argumento libris possint collocari.

Tandem, ut alia mittam, praeter crania, craniorumque figuras, etiam magnum quid ad promovendam ethnographiam conferre possunt effigies diversarum gentium. Hae in antiquiorum peregrinatorum operibus non quidem desiderantur, sed ejusmodi fere sunt ut magis ad externum quemdam corporis ornatum et ad diversam vesti-

mentorum rationem, quam ad declarandum eum, qui cuique genti proprius sit, vultus adspectum pertineant. Adhibeatur a peregrinatoribus, praeter industriam periti artificis, etiam auxilium quod *photographia* praestat; his enim quae vivimus temporibus lux ipsa, cujus beneficio videmus, imagines efficit, quae vera sunt ejusmodi *εἴδωλα*, qualia sibi finxit Democriti et Epicuri philosophia.

*Scripsi L. B., mense Septembri*
MDCCCLIX.

# I. VARIETAS CAUCASIA.

## GENTES INDICAE.

### 1. Cranium Cingari.

Cranium viri ut videtur mediae aut provectioris jam aetatis. Supersunt alveoli dentium omnium; dentes ipsi delapsi sunt fere omnes, superstitibus tantum aliquot molaribus.

Orbitae magnae (longitudo 0,036, mensura transversa 0,038). Mentum prominulum, margine antico late truncatum.

A. 0,492. B. 0,353. C. 0,172. D. 0,132. E. 0,138. G. 0,035. G′ 0,030.

Cranium hoc debeo liberalitati Anatomici summi Cli Hyrtl, Professoris anatom. in Universitate Vindobonensi.

Praeter iconem, quam dedit Blumenbach (*Dec. Cranior* II. Tab. XI), aliam haud vidi hujus gentis erraticae.

## GENTES GERMANICAE.

### 2. Cranium rustici Hannoverani, prope *Goettingam* nati.

Cranium viri jam senescentis; obscura partimque jam deleta est sutura sagittalis. Dentes plures desunt.

A. 0,520. B. 0,380. C. 0,185. D. 0,150. E. 0,158.

Hoc cranium a famulo Theatri Anatomici Goettingensis a me emtum est.

2

## 3. Cranium rustici Hannoverani, prope *Goettingam* nati.

A. 0,536. B. 0,366. C. 0,185. D. 0,122. E. 0,148.

Ab eodem ac superius cranium coemtum.

## 4. Cranium Hannoverani (sine notatione loci).

Cranium pulchrum viri adulti; dentes adsunt omnes integerrimi; latet molaris quintus superior. Sutura sagittalis evanuit. Os occipitis supra gibbum; spina occipitalis distinctissima.

A. 0,519. B. 0,376. C. 0,185. D. 0,156. E. 0,140.

Accepi hoc cranium e collectione D. van Nymegen, quondam Med. Doctoris Roterodamensis.

## 5. Cranium feminae ex Hessia electorali, prope *Marburgum* natae.

Dentes omnes integri; incisivi superiores lati. Orbitae magnae. Maxilla superior prominula, inferior depressa.

A. 0,502. B. 0,345. C. 0,174. D. 0,132. E. 0,139.

Cranium emtum a Prosectore Theatri anatomici Marburgensis.

## 6. Cranium viri ex Hessia electorali, prope *Marburgum* nati.

Cranium magnum, viri junioris. Os frontis medio divisum, sutura sagittali supra ipsum producta. Dentes pulchri, aequales.

A. 0,575. B. 0,390. C. 0,187. D. 0,146. E. 0,145. G. 0,033. G' 0,025.

Distantia inter utrumque arcum zygomaticum 0,142.

Altitudo maxillae rami a condylo usque ad angulum 0,066. Longitudo maxillae s. distantia ab angulo usque ad mentum sive partem mediam marginis inferioris 0,095.

Cranium emtum a Prosectore Theatri anatomici Marburgensis.

## 7. Cranium Helveti (incertae originis).

Cranium viri aetatis jam provectioris; in superiori maxilla deficiunt molares omnes, in vivo remoti; deletus ibidem margo alveolaris. Evanuit

pars posterior suturae sagittalis. Os occipitis supra admodum prominet. Os frontis latum est. Foraminis magni occipitalis forma a norma recedit, latitudine longitudinem aliquanto superante.

A. 0,529. B. 0,372. C. 0,183. D. 0,135. E. 0,145. G. 0,034. G′ 0,035.

Cranium emtum e supellectili anatomica Cl[i] G. SANDIFORT.

## 8. Cranium Saxonis (incertae originis).

Cranium viri mediae aetatis. Sutura sagittalis supra os frontis producta.

A. 0,509. B. 0,352. C. 0,175. D. 0,135. E. 0,139. G. 0,037. G′ 0,031.

E collectione, quam sibi comparaverat Cl. G. SANDIFORT.

## 9. Cranium Feminae Anglicae junioris (incertae originis).

Cranium pulchre ovale. Vestigia supersunt in osse frontis in duas partes divisionis. Maxilla superior prominula.

A. 0,520. B. 0,366. C. 0,179. D. 0,136. E. 0,140. G. 0,033. G′ 0,029.

E collectione, quam sibi comparaverat Doctiss. D. VAN NYMEGEN, M. D. Roterodamensis.

## 10. Cranium rustici Sueci.

Os frontis sutura divisum, angustum, declive. Arcus superciliares prominentes. Os occipitis supra gibbum. Maxillae rectae; mentum prominulum. Dentes sani, completi, excepto sinistro molari tertio maxillae inferioris.

A. 0,525. B. 0,366. C. 0,183. D. 0,140. E. 0,134. G. 0,035. G′ 0,032.

Obiit Suecus, cujus hocce cranium accepi a clarissimo A. RETZIO, in Nosocomio Holmiensi 1843.

## 11. Cranium Sueci.

Os frontis angustum.

A. 0,510. B. 0,385. C. 0,188. D. 0,140. E. 0,125. G. 0,036. G′ 0,033.

Donum Cl. RETZII.

## 12. Cranium Sueci e plebe.

Os frontis satis latum, sutura divisum. Os occipitis superiora versus gibbositate insigne.

A. 0,521. B. 0,572. C. 0,178. D. 0,136. E. 0,138. G. 0,036. G′ 0,030.

Donum Clarissimi Retzii.

## 13. Cranium Sueci incertae originis.

Os frontis latissimum, sutura sagittali in duas partes divisum. Os occipitis supra gibbum; linea semicircularis superior et spina occipitalis admodum exsertae. Maxillae rectae; mentum prominulum. Dentes adsunt omnes, integri, sani.

A. 0,534. B. 0,372. C. 0,193. D. 0,133. E. 0,145. G. 0,038. G′ 0,030.

Cranium emtum e collectione Doct. D. van Nymegen.

## 14. Cranium effossum Sueci, circa 400 annos sepulti.

Deest maxilla inferior. Supersunt tantum dentes molares quatuor. Suturae cranii pleraeque fere deletae.

A. 0,509. B. 0,369. C. 0,181. D. 0,135. E. 0,128. G. 0,037. G′ 0,028.

Hoc cranium ad me misit Cl. A. Retzius, simul cum duobus sequentibus, anno 1844.

## 15. Cranium Sueci veteris effossum.

Deest maxilla inferior. Dentes omnes desiderantur, persistentibus plerorumque alveolis. Sutura sagittalis fere prorsus evanuit; supersunt reliquarum suturarum vestigia.

Os occipitis superne ad suturam lambdoideam tubere admodum gibbo supra parietalia ossa eminens. Vertex cranii in anteriori ossium parietalium parte depressus. Foramen magnum occipitale obliquum, sinistrorsum magis quam dextrorsum productum. Sulcus musculi biventris pone processum mastoidum profundus.

A. 0,544. B. 0,383. C. 0,188. D. 0,122. E. 0,125. G. 0,033. G′. 0.030.

Cranium accepi a Cl. A. Retzio.

## 16. Cranium Sueci veteris eodem loco effossum ac superius.

Deest maxilla inferior. Alveoli omnes adsunt, paucis tantum dentibus molaribus superstitibus. Os occipitis supra admodum gibbum. Glabella tumida.

A. 0,540. B. 0,376. C. 0,189. D. 0,131. E. 0,145. G. 0,36. G′. 0,26.

Cranium hoc misit Cl. Retzius.

## 17. Cranium feminae Suecicae.

Desideratur maxilla inferior. Elapsi sunt dentes incisivi et canini.
Cranium ponderosum, ut femininum, magnum, ellipticum. Facies adest accessoria articularis in parte basilari ossis occipitis ad marginem anticum foraminis magni. (Analogia cum avium reptiliumque monopnoorum structura 1) ).

A. 0,510. B. 0,376. C. 0,182. D. 0,139. E. 0,131. G. 0,037. G′. 0,028.

## 18. Cranium Dani, incolae Chersonesi Cimbricae (Jutland) nati prope *Viborg* in pago *Finnerup*.

Cranium integerrimum, satis amplum. Forma cranii ovalis, elongata. Frons media eminentior. Arcus superciliares prominentes. Maxilla superior oblique producta; inferior humilis, longa.

A. 0,517. B. 0,360. C. 0,182. D. 0,135. E. 0,137. G. 0,036. G′. 0,032.

Cranium emtum e collectione craniorum Cl. G. Sandifort.

## 19. Cranium Dani incertae originis.

Cranium ovale, depressum.
A. 0,506. B. 0,342. C. 0,181. D. 0,133. E. 0,134. G. 0.035. G′. 0,031.

Donum Cl[i] van Deen, Prof. Groningensis.

## 20. Cranium Frisii ex urbe *Bolsward*.

Cranium viri juvenis 22 annorum. Duo tantum adfuere dentes incisivi superiores, qui elapsi sunt; reliqui dentes adsunt fere omnes.

---

1) Vide Hyrtl *Lehrb. der Anatomie des Menschen* (ad finem annotationis pone descriptionem *ossis basilaris*).

Cranium satis amplum, ovale, supra depressum, occipite prominente. Ossa nasi magna, prominentia.
A. 0,529. B. 0,366. C. 0,186. D. 0,155. E. 0,142.

Cranium hocce, uti etiam tria quae sequuntur, ad me misit Doctissimus H. J. Lycklama à Nyeholt, Med. Dr. Bolswardiensis.

## 21. Cranium Frisii ex eadem urbe.

A. 0,516. B. 0,364. C. 0,180. D. 0,133. E. 0,142. G. 0,034. G'. 0,032.

## 22. Cranium Puellae Frisiacae (aet. 4 annorum), ex eadem urbe.

Cranium elongatum. Os frontis gibbum. Ossa parietalia depressa pone suturam coronalem. Os occipitis supra gibbum (ut in craniis Suecicis).

A. 0,490. B. 0,371. C. 0,175. D, 0,123. E. 0,122. G. 0,035. G'. 0,025.

## 23. Cranium Frisii ex eadem urbe.

Cranium senis 73 annorum, ponderosum, bene conservatum. Sutura sagittalis postice fere deleta.

A. 0,520. B. 0,376. C. 0,184. D. 0,141. E. 0,159. G. 0,034. G'. 0,031.

Dentes omnes adsunt, excepto tantum molari unico. Corona dentium ita trita est, ut dentes incisivi et canini perfecte referant formam illam planam, quam in Aegyptiacis mumiis tanquam varietatem gentilitiam Cl. Autenrietii aliique falso descripserunt, qua de re vide Blumenb. de *Generis Humani varietate nat.* ed. 3 1795 p. 224—226. *Dec. cranior* III. p. 5, et icunculam, quae ab Autenrietthio confecta ad calcem secundi voluminis collectaneorum de Historia naturali auctore Blumenbachio (Beyträge zur Naturgesch. Göttingen 1811. 8o. p. 144) reperitur; cf. ib. p. 8.
Hujus cranii ectypon e gypso divenditur.

## 24. Cranium Batavi, incolae ex insulae *Urk*.

Maxilla inferior desideratur. Cranium individui junioris ut arguunt dentes vix detriti.

Cranium *depressum*, elongatum, tubere occipitali prominente (typus Suecorum).

Prominent magnopere ossa squamosa versus oram superiorem supra meatum auditorium externum. Hic mensura cranii transversa est 0,156.

A. 0,503. B. 0,535. C. 0,173. D. 0,122 (!) E. 0,154. G. 0.035. G'. 0,032.

Emtum e collectione craniorum Clarissimi G. SANDIFORT.

## 25. Cranium Batavi incolae Insulae *Schokland.*

Forma cranii ovalis; supra planiuscula, depressa.

Os occipitis supra gibbum, plane ut in Suecorum cranio.

A. 0,499. B. 0,340. C. 0,170. D. 0,128. E. 0,152. G. 0,037. G'. 0,032.

Cranium hoc emtum est e Museo Cl. N. C. DE FREMERY, Prof. Ultrajectini. Cranium admodum incompletum. Palati pars posterior deest. Ossa nasi diffracta sunt. Dentes omnes dificiunt. Maxilla inferior desideratur.

## 26. Cranium Batavi, incolae Insulae *Schokland.*

Cranium viri mediae aetatis; dentes omnes adsunt. Maxilla magnae, angustae. Mentum prominulum, margine inferiori maxillae prominente et maxilla ipsa infra marginem alveolarem concava, satis profunde exsculpta.

A. 0,500. B. 0,346. C. 0,174. D. 0,122 (!) E. 0,154. G. 0,033. G'. 0,028.

(Magnopere pleraeque mensurae conveniunt cum mensuris cranii incolae insulae *Urk* n°. 24).

## 27 [1]). Cranium Batavi ex eadem Insula.

Aetas paullo provectior fuisse videtur quam viri, cujus cranium praecedit. Utriusque cranii similis est forma, hujus tamen altitudo major. Aliquot dentes desiderantur. Deleta est postice sutura sagittalis.

---

1) In cranii germanicis 2—27 (omissis cranio puerili 22 et craniis femininis) computatae mediae dimensiones sunt:

A. 0,523 (maximus numerus craniorum est inter 0,509 et 0,540).

C. 0,181 vel 0,182 (plerumque inter 0,175 et 0,185).

E. 0,137. (Pauca tantum crania sunt latiora quam 0,140, paucissima angustiora quam 0,132).

A. 0,505. B. 0,545. C. 0,175. D. 0,156. E. 0,145. G. 0,036. G'. 0,031.

Crania 26 et 27 debeo Doctissimo RAMAER, Medico Zwollensi.

## CELTAE.

### 28. Cranium feminae ex Hibernia.

Maxilla inferior desideratur. Ossa jugalia desunt. Dentes omnes elapsi sunt exceptis duobus molaribus utrinque tertio et quarto.

Cranium elongatum, ovale, occipite supra prominente, gibbo. Facies angusta. Orbitae quadratae, magnae.

A. 0,491. B. 0,359. C. 0,175. D. 0,152. E. 0,128. G. 0,055. G'. 0,028.

Cranium feminae aetat. 48 ann., nomine MARY KEEFE ut scripsit nobilissimus BARNARD DAVIS, cujus liberalitati hoc et quod proxime sequitur cranium debeo.

### 29. Cranium feminae Hibernicae.

Maxilla inferior adest. Dentes pauci supersunt.

Facies angusta. Cranium elongatum; typus suecicus.

A. 0,499. B. 0,354. C. 0,174. D. 0,155. E. 0,134. G. 0,057. G'. 0,050.

Cranium feminae annor. 45, cui nomen erat MARY DOUD.
Observ. Radix interna molaris tertii superioris utriusque lateris non continetur alveolo sed infra palatum nuda transverse decurrit.

## GENTES EX MERIDIONALI EUROPA.

## Lingua his a latina potissimum ducta [1]).

### 30. Cranium Hispani e *Grenada*.

Cranium viri mediae aetatis, satis integrum. Dentes in maxilla inferiori adsunt omnes; in superiori tres incisivi et caninus dexter desiderantur. Os frontis medio gibbum, carina longitudinali. Processus coronoideus maxillae parvus, capitulo 15 mm. supra ipsius apicem adscendente.

1) »*Lateinischer Sprachstamm*" ADELUNG.

A. 0,504. B. 0,352. C. 0,176. D. 0,139. E. 0,133. G. 0,036. G'. 0,031.

Cranium hoc et proxime sequens e collectione D. van Nymegen coëmta sunt.

## 31. Cranium *Hispani* ex Catalonia.

Cranium viri adulti, bene servatum. Glabella et arcus superciliares prominentes. Orbitae magnae, altiores quam latiores. Occipitis pars superior gibba. Ossa squamosa supra originem processus zygomatici tumida; mensura transversa cranii hoc loco 0,138. Fovea maxillaris magna, profunda. (Nomen viri Antonio Casea).

A. 0,507. B. 0,357. C. 0,182. D. 0,134. E. 0,140. G. 0,036. G'. 0,030.

## 32. Cranium *Hispani* (incertae originis).

Cranium viri mediae aetatis, integerrimum,
Os occipitis supra gibbum.
Arcus superciliares et glabella eminentes. Orbitae amplae, quadratae.
Maxilla inferior erassa, alta, brevis.

A. 0,517. B. 0,367. C. 0,176. D. 0,145. E. 0,138. G. 0,035. G'. 0,028.

Cranium hoc simul cum proxime sequenti coëmtum est e collectione Cl. G. Sandifort.

## 33. Cranium *Hispani* (incertae originis).

Cranium viri mediae aetatis.
Fovea maxillaris profunda.

A. 0,533. B. 0,386. C. 0,186. D. 0,142. E. 0,145. G. 0,042. G'. 0,033.

Obs. Os Wormianum (interparietale) ad partem superiorem ossis occipitis. Narium apertura asymmetrica, septo narium sinistrorsum reclinato. Dentes incisivi superiores oblique positi, prominentes.

## 34. Cranium *Lusitani* (incertae originis).

Cranium viri juvenis.

Forma universa ovalis est; os frontis amplum, pulchre gibbum. Ossa parietalia supra plana sunt. Occiput gibbum;

lineae semicirculares et protuberantia occipitalis vix distinctae.
Arcus superciliares eminentes. Orbitae quadratae, satis amplae.
A. 0,511. B. 0,376. C. 0,176. D. 0,139. E. 0,139. G. 0,035.
G'. 0,028.

Emtum est hoc cranium e collectione Doctissimi VAN NYMEGEN.

## 35. Cranium *Valachi* (Daco-Romani), nati *Dedrahi*.

Cranium viri fere 50 annorum, cui nomen MUNTYAN VASZILJE.
Cranium satis completum, deficientibus tamen dentibus plerisque; multorum vacui alveoli supersunt; deletus margo alveolaris incisivorum inferiorum.
Evanuit pars posterior suturae sagittalis.

Cranium latum, breve, fere globosum; typi brachycephalici bene expressum exemplum.
A. 0,518. B. 0,376. C. 0,175. D. 0,151. E. 0,149. G. 0,032.
G'. 0,030.
Altitudo orbitae 0,035, latitudo 0,038.

Donum Cl. HYRTL, Professoris Vindobonensis.

---

## GENTES SLAVONICAE.

## 36. Cranium *Russi* (incertae originis).

Cranium integrum, dentibus omnibus praeditum, viri juvenis.

Forma universa brevis, alta. Mensura transversa inter partem squamosam utriusque ossis temporis aequat mensuram transversam inter tubera parietalia.
Maxilla inferior antice alta, margine inferiori transverse truncato.
A. 0,464. B. 0,334. C. 0,160. D. 0,129. E. 0,130. G. 0,033.
G'. 0,026.

Cranium hoc emtum est e collectione clarissimi G. SANDIFORT.

## 37. Cranium *Russi* (incertae originis).

Cranium bene servatum viri mediae aetatis, egregium exemplum typi, quem dixit Cl. RETZIUS brachycephalicum.
Protuberantia occipitalis externa in cristam producta. Lineae semicirculares distinctissimae.
Ossa faciei magna. Orbitae amplae. Mentum prominulum.

A. 0,516. B. 0,359. C. 0,169. D. 0,137. E. 0,150. G. 0,033.
G'. 0,031.

Donum desideratissimi Viri J. C. Broers, dum in vivis erat Professoris chirurgiae in Universitate Lugd. Bat.

## 38. Cranium *Russi* (incertae originis).

Viri junioris cranium, dentibus fere omnibus instructum.
Cranium magnum. Maxilla inferior alta, mento prominulo, infra late truncato.

A. 0,529. B. 0,366. C. 0,180. D. 0,142. E. 0,142. G. 0,040. G'. 0,032.

Mensura transversa inter partes squamosas ossium temporum supra meatum auditorium superat mensuram transversam inter tubera parietalia (0,144). Hujus cranii ectypon e gypso venale est. E collectione Cl. G. Sandifort.

## 39. Cranium *Russi* (incertae originis).

Cranium viri juvenis eximie servatum.

Os frontis amplum, gibbum. Protuberantia occipitalis exserta. Dentes incisivi superiores recti, supra inferiores prominentes. Facies egregie orthognatha. Mentum prominulum. Orbitae magnae. Fovea maxillaris profunda.

A. 0,518. B. 0,374. C. 0,167. D. 0,135. E. 0,140. G. 0,035. G'. 0,029.

E collectione Cl. G. Sandifort.

## 40. Cranium *Russi* (incertae originis).

Cranium minus breve ac in Russis ceteroquin esse solet. Os frontis supra glabellam et arcus superciliares eminentes reclinatum. Protuberantia in processum uncinatum producta (longitudinis 0,015) 1).

A. 0,531. B. 0,372. C. 0,185. D. 0,137. E. 0,147. G. 0,034. G'. 0,032.

Emtum est hoc cranium e collectione Doctissimi van Nymegen.

## 41. Cranium *Russi*, nati Tobolsk.

Cranium senile, deficientibus dentibus plerisque. Sutura sagittalis partim evanida.

Exemplum typi brachycephalici. Os frontis latum, altum.

---

1) Simile quid in quodam cranio suae collectionis se vidisse annotavit Hyrtl: »die *Protuberantia occipitalis* zu einem 8 Linien hohen, nach abwärts hakenförmig gebogenen Knochenriff verlängert." *Lehrb. der Anatomie des Menschen.* 1846 §. 79. Cf. etiam infra 75 p. 30.

A. 0,509. B. 0,579. C. 0,171. D. 0,146. E. 0,141. G. 0,031. G'. 0,028.

Cranium veteris militis, mortui in Hospitio sauciorum militum Leidensi (*Invalidenhuis*), quod debeo Doctissimo F. NEEB.

## 42. Cranium Poloni (incertae originis).

Cranium viri adulti. Dentes incompleti. Ossa parietalia lata. Os occipitis ad apicem suturae lambdoideae prominens.

A. 0,503. B. 0,360. C. 0,172. D. 0,133. E. 0,147. G. 0,034. G'. 0,029.

Emtum e collectione Doctissimi D. VAN NYMEGEN, M. D. Roterodamensis.

## 43. Cranium Poloni (incertae originis).

Cranium ovale, breve. Os frontis latum. Os occipitis latum, parte superiori gibbum.

A. 0,489. B. 0,552. C. 0,165. D. 0,136. E. 0,142. G. 0,032 G'. 0,028.

Hoc cranium, simul cum sequenti, açcepi a doctissimo TEICHMANN, Prosectore anatomico Goettingensi, cui missum erat e theatro anatomico Cracoviensi a doctissimo PIOTROWSKI.

## 44. Cranium Poloni (incertae originis).

Cranium breve. Ossa frontis et occipitis lata.

Sutura sagittalis inter ossa parietalia fere deleta, sed in osse frontis perfecta, os in duas partes laterales dividens. (Structura, quae in ruminantibus aliisque mammalibus observatur, quibus duo frontalia ossa sunt, os parietale unicum).

A. 0,480. B. 0,530. C. 0,135. D. 0,129. E. 0,138. G. 0,032. G'. 0,026.

Cf. supra 43.

## 45. Cranium Slavonicum (Slovaci e comitatu Trencsino.)

Cranium integrum viri adulti; dentes, exceptis molaribus quibusdam, completi, coronis admodum detritis. Sutura sagittalis fere deleta.

Arcus superciliares tumidi. Orbitae parvae, depressae. (Mensura

altitudinis 0,030, latitudinis 0,039). Maxillae inferioris margo inferior latus, transverse truncatus.

Cranium brachycephalum, satis latum. Os frontis latum.

A. 0,503. B. 0,357. C. 0,172. D. 0,138. E. 0,137. G. 0,035. G'. 0,030.

Donum Cl. J. Hyrtl, Professoris Vindobonensis.

## 46. Cranium Bohemicum (*Tzech*, nati *Hohenmauth*[1]).

Cranium integrum, viri annorum aet. 43, cui nomen fuit *Johann Wischek.*

Arcus superciliares et glabella prominentes. Maxilla inferior antice alta. Orbitae amplae.

Fossa ovalis, profunda in anteriori palati parte pone dentes incisivos medios, ad cujus fundum conspiciuntur foramina incisiva.

A. 0,523. B. 0,376. C. 0,181. D. 0,140. E. 0,146. G. 0,035. G'. 0,032.

Donum clarissimi Purkinje, Professoris Pragensis.

## 47. Cranium feminae Bohemicae (ex eadem gente *Tzech*).

Maxilla inferior desideratur.

Evanuit prorsus sutura sagittalis. Cranium tamen feminae non admodum aetate provectae fuisse, e parum detrita corona dentium colligo; dentes quidem molares plures et incisivi omnes elapsi sunt, sed alveoli supersunt.

A. 0,490. B. 0,347. C. 0,168. D. 0,138. E. 0,131.

(Distantia inter partes squamosas ossium temporum 0,135). G. 0,038. G'. 0,032.

Emtum est cranium cum sequenti a Prosectore anatomico Pragensi 1847.

## 48. Cranium feminae Bohemicae ex eadem gente.

Maxilla inferior desideratur. Suturae omnes in cranio supersunt. Dentes plures deficiunt et alveoli partim deleti sunt. Inscripta cranio aetas feminae 24 annor.; sed provectioris aetatis esse videtur.

Cranium rotundum, eximium typi brachycephali exemplum. Arcus superciliares et glabella prominentes. Palatum duobus

---

1) In orientali Bohemiae parte, districto aut circulo *Chrudim.*

foraminibus inter partem palatinam ossium supramaxillarium et ossa palati insigne.

A. 0,503. B. 0,552. C. 0,170. D. 0,136. E. 0,145.

(Distantia inter partes squamosas ad marginem posteriorem 0,147.) G. 0,038. G'. 0,034.

## Annotatio de gentibus Slavonicis (Cf. cran. 36—48).

Quamquam numerus non ita magnus est craniorum, quae enumeravi e gentibus slavonicis, probe tamen sufficit ad confirmandam generalem, quam ex aliis mensuris, praeeunte Clar. A. Retzio, desumseram adumbrationem. Vide epistolam, quam huic viro meritissimo scripsi in Müller's *Archiv für Anat. und Physiol.* 1844. *S.* 433—435. Circumferentia media, quae ibidem e 17 craniis, quorum 15 Russorum erant, desumta est (0,509), in genere forsan nimis magna est, si de cranio slavonico universim agitur. Ex nostris mensuris nunc fere 0,506 esse reperitur. Longitudo cranii media erit fere 0,169, latitudo vero inter parietalia ossa 0,140, quam jam antea eandem esse reperi. Altitudo media cranii est 0,136 aut 0,137. In his autem numeris constituendis, nulla ratio habita est craniorum duorum femineorum ex Bohemia, quae ultimo loco enumerata sunt. Huc usque enim, in tanta craniorum femineorum penuria, mensurae mediae rectius ad virile tantum cranium mihi referendae videntur.

---

## GENTES SCYTHICAE,

### s. *Tschudae.*

### 49. Cranium Finni, nati *Ilmola* (Wasa lån), homicidae qui mortis poenam subiit.

Cranium ovale, supra planum. Frons lata. Facies quadrata; fovea maxillaris profunda. Maxillae inferioris margo inferior antice transverse truncatus.

Orbitae transversae (altitudo orbitae 0,033, latitudo 0,038).

A. 0,516. B. 0,362. C. 0,178. D. 0,143. E. 0,135. G. 0,034. G'. 0,033.

Cranium hoc debeo liberalitati Cl. BONSDORF, Professoris in universitate Helsingforsana.

## 50. Cranium Lapponis (e regione *Kaiton Elfven*).

Deest maxilla inferior. Desiderantur dentes plerique.

Cranium globosum. Os frontis in vertice suturae coronariae gibbum. Orbitae parvae, transverse latiores. (Altitudo est 0,031, latitudo 0,037.)

A. 0,498. B. 0,347. C. 0,167. D. 0,134. E. 0,142. G. 0,034. G'. 0,028.

Donum Clarissimi RETZII, Professoris Holmiensis.

## 51. Cranium Magyari s. Hungari (Honvéd).

Cranium integerrimum viri junioris. Dentes, uno molari excepto, adsunt omnes, integri, sani.

Os frontis latum, magnum; ossa parietalia plana, pone suturam coronariam depressa.

Orbitae transversae (mensura altitudinis 0,030, latitudinis 0,037). Ossa nasi magna, oblique prominentia. Mentum prominulum.

A. 0,521. B. 0,372. C. 0,179. D. 0,134. E. 0,139. G. 0,035. G'. 0,028.

Donum Cl. J. HYRTL, Professoris Vindobonensis.

## 52. Cranium Cosacci (incertae originis).

Cranium globosum, ossibus parietalibus postice et ad latera, praesertim inferiora versus, gibbis, supra planis, latis.

A. 0,510. B. 0,366. C. 0.173. D. 0,125. E. 0,147. G. 0,033. G'. 0,028.

Annot. Cranium vix hujus loci; forsan ad typum slavonicum referendum. Orbitae saltem rotundae a forma, quae in superioribus tribus craniis observatur, plane differunt. An cranium sit *Cosacci Donensis*, an vero *Kirgisae Cosacci* nescio. Quae ad Tanain vivunt gentes, nomine Cosaccorum in Russia distinctae, gravissimis testibus differunt a tatarica gente Kirgisarum.

Cranium emtum e collectione Clarissimi G. SANDIFORT.

---

## GENTES SEMITICAE.

## 53. Caput mumiae feminae *Abyssinicae*.

Pili longi, fusci cum cute servati sunt. Debeo hocce caput viro nobilissimo Th. van Stolk, nunc Juris Romani et hodierni Doctori, qui ex itinere quondam orientali reportavit.

## 54. Caput Arabis junioris exsiccatum.

Caput ope deutochloreti hydrargyri conservatum. Facies, etiamsi exsiccatione contracta, formosa tamen; mentum pulchre rotundatum. Pili barbae breves, sparsi.

Debeo hoc caput, quemadmodum plura crania, liberalitati Doctissimi Guyon, in Algeria rerum, quae ad medicinam pertinent, Inspectoris.

## 55. Cranium Arabis.

Cranium integerrimum, viri aetatis annor. 32.

Frons pulchre gibba. Mentum prominulum. Spina nasi acuta. A. 0,522. B. 0,386. C. 0,185. D. 0,150. E. 0,157. G. 0,054. G'. 0,028.

Cranium hoc debeo Doctiss. Guyon; nomen viri erat *Ibrahim-ben Mohammed;* obiit in Nosocomio, quod *Blidah* est, anno 1851.

## 56. Cranium Arabis.

Cranium amplum, integerrimum, dentibus omnibus praeditum.

A. 0,550. B. 0,409. C. 0,199. D. 0,152. E. 0,136. G. 0,035. G' 0,026.

Hujus cranii ectypon e gypso confici curavi; donum est, quod debeo Doctissimo Guyon. Nomen hujus Arabis in Marocco nati et, ut dicitur (*Cherif*), a Propheta originem repetentis, erat *Mohammed Ben-Abdallah.*

## 57. Cranium Arabis, nati prope *Algeriam.*

Cranium viri juvenis integerrimum, asymmetricum, osse parietali sinistro magis prominente et postrorsum producto.

Tubera parietalia satis remota, unde forma cranii supra conspecta ovata.

Occiput latum, verticale.

Maxilla superior magis quam in reliquis antrorsum producta; mentum prominulum ut in omnibus.

A. 0,515. B. 0,368. C. 0,178. D. 0,141. E. 0,139. G. 0,035. G. 0,028.

Cranium hoc debeo Doctissimo GUYON. Nomen viri, in Nosocomio Blidahensi mortui, non additum est, sed annotavit GUYON: „*Arabe de la tribu des Hadjoutes, plaine de la Métidja près d'Alger*".

## 58. Cranium puellae *Iudaeae* (incertae originis).

Uno ex incisivis excepto, dentes adsunt omnes.
Maxilla superior antrorsum producta, dentibus incisivis oblique antrorsum directis.
Mentum prominulum, medio margine truncatum.

A. 0,464. B. 0,333. C. 0,157. D. 0,132. E. 0,133. G. 0,034. G′ 0,029.

Cranium emtum e collectione, quam sibi comparaverat Cl. J. C. BROERS.

---

## Annot. de craniorum gentium semiticarum mensuris.

Si ex Arabum craniis de universa hac gentium familia concludere licet, e tribus saltem, quae hic enumerata sunt (55—57), conjicimus Arabum cranium tum majori amplitudine tum praesertim etiam ovali forma et minori latitudine longissime abesse a craniis gentium slavonicarum. Circumferentia cranii media est 0,529, longitudo 0,187, latitudo 0,137; altitudo media est 0,148; cum his numeris conferantur quae supra ad crania 36—48 annotavimus.

---

## GENTES, QUAE AD VARIETATEM CAUCASIAM BLUMENBACHII PERTINENT, *AFRICANAE*.

## 59. Cranium *Cabyli* e regione montium Atlantis minoris.

Cranium viri juvenis integerrimum, dentibus omnibus praeditum.

Cranium ovale, fronte globosa. Occiput supra gibbum.
A. 0,520. B. 0,381. C. 0,184. D. 0,147. E. 0,134. G. 0,035. G′. 0,028.

Cranium hocce mihi dedit Doct. GUYON. Adscripsit virum, cui nomen erat *Miloud-ben Mohammed*, in Nosocomio Blidahensi mortem obiisse 1851.

## 60. Cranium feminae ex eadem *Cabylorum* gente.

Cranium ovale. Os frontis praesertim media parte gibbum.

Pars posterior ossium parietalium ad occiput reclinata. Facies prognatha.

A. 0,478. B. 0,353. C. 0,166. D. 0,138. E. 0,133. G. 6,031. G'. 0,029.

Adscripserat GUYON, cui cranium debeo: „*Fatma benh Hassen, tribu des Beni-massaoud. Les beni-massaoud habitent le petit Atlas au sud de Blidah. Entrée à l'hôpital de Blidah le* 10 *Octobre* 1851 *pour une maladie tuberculeuse des vertèbres, morte le* 29 *du même mois, agée de* 30 *à* 40 *ans.*"

## 61. Cranium incolae Insulae *Teneriffe* e stirpe Gentis exstinctae *Guanche* dictae.

Cranium ovale, elongatum, occipite supra gibbo. Ossa parietalia ad partem mediam juxta suturam sagittalem versus suturam lambdoideam depressa.

A. 0,481. B. 0,340. C. 0,171. D. 0,127. E. 0,129. G. 0,035. G'. 0,030.

Cranium hoc debeo Doct. BARNARD DAVIS. Repertum est *Cueva de Guerra* prope *Santa Cruz.* Cranium incompletum; maxilla inferior desideratur. Dentes, exceptis quatuor molaribus, desiderantur. In latere dextro arcus zygomaticus diffractus est. Cranium feminae fuisse videtur, aetatis jam provectioris. Forma egregie convenit cum altero e duobus craniis ex Teneriffa, quae Cl. BRUGMANS olim a BROUSSONETO acceperat, et quae jam in *Museo anatomico Leidensi* servantur. Cf. G. SANDIFORT *Tab. Cran.*, Fasc. III.

---

# GENTES ASIAE, QUAE AD VARIETATEM MALAICAM VULGO REFERUNTUR.

## 62. Cranium Malaici ex insula *Java.*

Cranium viri mediae aetatis integerrimum.

Os frontis angustum. Orbitae mediocres, quadratae. Fovea maxillaris nulla.

A. 0,520. B. 0,387. C. 0,178. D. 0,141. E. 0,145. G. 0,030. G' 0,027.

Dedit Doctiss. C. SWAVING 1).

---

1) Liberalitati hujus viri debeo plurima crania Malaica; compendii causa in sequentibus craniis hoc indicabo addita tantum litera initiali.

### 63. Cranium Malaici ex insula *Java*.

Cranium viri mediae aetatis, bene servatum. Orbitae ut in cranio superiori. Os frontis latius. Ossa supramaxillaria plana, antrorsum directa, obliquis admodum radicibus dentium incisivorum et caninorum.

A. 0,491. B. 0,366. C. 0,165. D. 0,143. E. 0,140. G. 0,036. G' 0,032. S.

### 64. Cranium Malaici ex insula *Java*.

Cranium integrum, dentibus omnibus praeditum, breve, latum, altum, osse occipitis supra plano, verticali.
Maxilla superior prominens. Facies angusta.

A. 0,501. B. 0,366. C. 0,158. D, 0,142. E. 0,150. G. 0,034. G'. 0,029.

Cranium asymmetricum, sinistrorsum postice magis quam in dextro latere productum. S.

### 65. Cranium Malaici ex insula *Java*.

A. 0,491. B. 0,361. C. 0,175. D. 0,141. E. 0,127.

Cranium hoc, typi dolichocephali et prognathi exemplum, ab omnibus reliquis craniis malaicis recedit et aethiopico cranio simile est. Existimarem fere errorem hic irrepsisse inscriptioni, quae cranium Javanicum esse testatur.
Sutura sagittalis, antrorsum producta, os frontis in duas partes laterales divîdit. S.

### 66. Cranium Malaici ex insula *Java*.

Cranium latum, breve. Os frontis latum. Dentes incisivi superiores oblique positi; maxilla superior prominet.
A. 0,522. B. 0,372. C. 0,171. D. 0,146. E. 0,145. G. 0,035. G'. 0,029.

Cranium asymmetricum, in latere sinistro magis productum.
Maxilla inferior, superiori brevior, ab alio cranio desumta videtur. S.

### 67. Cranium Malaici ex *Java* insula.

Cranium latum, breve. Processus zygomaticus ossis temporis crassus. Orbitae amplae, quadratae.

Dentes incisivi superiores oblique positi, ultra inferiores magnopere eminent.

A 0,476. B. 0,353. C. 0,162. D. 0,150. E. 0,131. G. 0,033. G'. 0,032.

Cranium asymmetricum, oblique postrorsum in dextro latere productum. Maxilla inferior parva, humilis. S.

## 68. Cranium Malaici ex insulae *Javae* parte orientali.

Os frontis gibbum. Dentes incisivi superiores obliqui, ultra inferiores prominentes.

A. 0,500. B. 0,375. C. 0,169. D. 0,140. E. 0,139. G. 0,030. G' 0,025.

Cranium pulchre servatum. Dentes fere omnes adsunt. S.

## 69. Cranium Malaici ex insula *Java*.

Ossium parietalium tubera admodum evoluta. Occiput planum, verticale.

Ossa zygomatica et partes jugales ossium temporum crassa.

A. 0,489. B. 0,361. C. 0,166. D. 0,141. E. 0,137. G. 0,035. G'. 0,027.

Cranium viri juvenis integrum. Dentes omnes adsunt, excepto molari utroque ultimo maxillae superioris, non evoluto. Dentes nec detriti nec nigro pigmento tincti 1) quam sint huic genti pulchre candidi, hoc cranium egregie docet. S.

## 70. Cranium Malaici ex insula *Java*.

Cranium breve, latum, rotundum, altum.

A. 0,485. B. 0,366. C. 0,161. D. 0,144. E. 0,133. G. 0,031. G'. 0,028.

Cranium viri juvenis integrum. Exemplum typi brachycephalici, prognathi. S.

---

1) Notus mos est orientalium anteriorem dentium maxillae superioris superficiem excavandi. Manducant etiam assidue compositionem e foliis Piperis betle cum nucleis Arecae Catechu et calce, quo fit ut dentes nigro aut fusco pigmento colorati videantur. Vide auctores citatos a Blumenbachio in *Dec. Cran.* III. p. 15 et VI. p. 18, 19.

71. Cranium Malaici ex insula *Java.*

Occiput planum, latum, verticale.
Ossa maxillaria superiora plana, absque fovea maxillari.
Arcus jugalis crassus.
A. 0,498. B. 0,559. C. 0,164. D. 0,147. E. 0,140. G. 0,035. G' 0,033. S.

72. Cranium Malaici ex insula *Java.*

Cranium ovale. Facies brevis, maxilla superior oblique producta.
A. 0,514. B. 0,583. C. 0,179. D. 0,142. E. 0,128. G. 0,035. G' 0,031.

Cranium quodammodo asymmetricum, occipite sinistrorsum paullo magis posteriora versus eminente. Latum est versus posteriorem ossium temporum partem. Diametros transversa pone meatum auditorium inter cristas posteriores fossae temporalis 0,132. S.

73. Cranium Malaici ex insula *Java.*

Cranium satis magnum, ovale, os frontis medio gibbum.
Os occipitis supra gibbum.
Ossa nasi plana; facies prognatha.
A. 0,542. B. 0,592. C. 0,189. D. 0,143. E. 0,141. G. 0,041. G.' 0,030.

Cranium integrum. Os occipitis sinistrorsum paulo magis eminet. S.

74. Cranium Malaici ex insula *Java.*

Cranium breve, rotundum, altum.
Ossa nasi plana.
Maxilla superior oblique prominens.
A. 0,505. B. 0,568. C. 0,169. D. 0,143. E. 0,139. G. 0,034. G' 0,029. S.

75. Cranium Malaici ex insula *Java.*

Cranium breve, altum, latum, rotundum.
Ossa nasi angusta, antice in carinam prominentia.
Maxilla superior oblique producta; inferior antice satis alta.

A. 0,505. B. 0,370. C. 0,175. D. 0,149. E. 0,157. G. 0,037. G'. 0,29. S.

## 76. Cranium Malaici ex insula *Java*.

Cranium ovatum, postice latum; tubera parietalia eminentia. Ossa parietalia postice plana, verticalia. Protuberantia occipitalis externa in uncum producta [1]).

Ossa nasi plana. Maxilla superior oblique antrorsum producta.

A. 0,496. B. 0,368. C. 0,177. D. 0,145. E. 0,135. G. 0,034. G'. 0,026.

Observ. Os frontis in sinistro latere plaga orbiculari diffractum a globo ut videtur plumbeo, sclopetario. S.

## 77. Cranium *Malaici* (incertae originis).

Ossa nasi plana. Maxilla superior oblique admodum producta.

A. 0,517. B. 0,372. C. 0,177. D. 0,155. E. 0,144. G. 0,030. G' 0,028.

Observ. Hoc cranium debeo Doctissimo Krol, Medico militari. Ossa parietalia supra porosa, morbosa. Cranium serrae ope divisum, transversa sectione circa 28 m. m. supra orbitas. Excepto dente molari ultimo superiori dextro, dentes omnes adsunt.

## 78. Cranium Javani, nati *Cheribon* (in occidentali Insulae parte.)

Cranium postice latum. Os frontis pulchre convexum. Glabella eminens. Ossa nasi non depressa. Orbitae mediocres; foramine supraorbitali magno.

Maxilla inferior lata, margine inferiori crasso.

A. 0,497. B. 0,352. C. 0,167. D. 0,159. E. 0,156. G. 0.035. G'. 0,029.

Cranium pulchre servatum, dentibus omnibus praeditum, viri junioris aut mediae aetatis. In superiori maxilla dentes incisivi et canini, quemadmodum etiam primus dens utrinsecus molaris, fere usque ad basin detriti sunt, superficie plana, aequa, ita ut consilio et arte factum esse videatur. S.

---

1) Cf. supra 40. cran. *Russi*.

79. Cranium Javani, nati *Tagal*, in parte media septentrionali insulae.

Frons pulchre rotundata; glabella et arcus superciliares mediocriter eminentes. Os occipitis supra gibbum. Facies vix prognatha. Ossa nasi non plana.
A. 0,471. B. 0,346. C. 0,169. D. 0,139. E. 0,126. G. 0,035. G'. 0,030.

Cranium viri junioris, bene servatum, sub-asymmetricum, dextrorsum posteriora versus oblique productius. S.

80. Cranium Javani, nati *Bagelen* in parte media meridionali insulae.

Cranium bene servatum viri mediae aetatis.

Cranium breve, latum. Frons lata. Orbitae magnae. Ossa nasi longa, non depressa. Facies prognatha.
A. 0,507. B. 0,348. C. 0,165. D. 0,151. E. 0,151. G. 0,036. G', 0,030.

Cranium postice asymmetricum, osse occipitis sinistrorsum producto. S.

81. Cranium Javani, nati *Probolingo*.

Cranium viri mediae aetatis.
Orbitae magnae. Ossa nasi non depressa.

A. 0,497. B. 0,372. C. 0,163. D. 0,153. E. 0,139. G. 0,034. G'. 0.029. S.

82. Cranium Javani, nati *Samarang*.

Cranium viri junioris integerrimum. Dentes omnes adsunt exceptis duobus incisivis inferioribus, elapsis.

Cranium altum, subglobosum; pars superior ossis occipitis plana, verticalis.
Orbitae mediocres, latiores quam altiores.
Ossa nasi deflexa, subdepressa.
Maxilla inferior humilis, mento prominulo, truncato.
Facies non admodum prognatha.

A. 0,491. B. 0,353. C. 0,163. D. 0,141. E. 0,138. G. 0,036.
G'. 0,032. S.

83. Cranium Javani, nati *Rembang.*

Cranium viri mediae aetatis.

Os occipitis latum, planum.
Cranium altum, postice dextrorsum protrusum, subasymmetricum.
Ossa nasi plana.
A. 0,506. B. 0,368. C. 0,170. D. 0,149. E. 0,159. G. 0,057.
G'. 0,027. S.

84. Cranium Javani, nati *Bankalan.*

Cranium rotundum, breve, postice planum.
Ossa nasi plana.
A. 0,496. B. 0,360. C. 0,165. D. 0,158. E. 0,159. G. 0.052.
G'. 0,028. S.

85. Cranium Javani, nati *Rembang.*

Cranium altum, latum, breve.
Arcus superciliares eminentes. Ossa nasi non depressa.
Maxilla inferior alta, crassa.
A. 0,487. B. 0,344. C. 0,156. D. 0,155. E. 0,159. G. 0,054.
G'. 0,026.

Observ. Cranium asymmetricum, osse parietali dextro posteriora versus magis protruso. S.

86. Cranium Javani, nati *Probolingo.*

Cranium altum, latum, breve, postice planum.
Arcus superciliares et glabella eminentes.
Ossa nasi subdepressa.
Facies vix prognatha.
A. 0,484. B. 0,348. C. 0,159. D. 0,145. E. 0,157. G. 0,036.
G'. 0,030.

Observ. Os frontis sutura sagittali bipartitum.
Foramen magnum occipitale obliquum, ab anteriori parte posteriora versus dextrorsum directum. S.

87. Cranium Javani, nati *Poravisarie.*

Cranium breve, postice planum, latum, verticale.
Glabella et arcus superciliares prominentes.
Ossa nasi plana.
A. 0,502. B. 0,366. C. 0,169. D. 0,149. E. 0,136. G. 0,038. G'. 0,030.

Observ. Os frontis sutura sagittali bipartitum. Cranium postice asymmetricum, tubere parietali sinistro posteriora versus producto. S.

88. Cranium Javani, nati *Selocawan.*

Cranium magnum, postice latum.
Glabella et arcus superciliares prominentes.
Ossa nasi longa, subdeflexa.
Facies vix prognatha; mentum prominulum.
A. 0,522. B. 0,378. C. 0,180. D. 0,144. E. 0,149. G. 0,036. G'. 0,030. S.

89. Cranium Javani, nati *Banjoemaas.*

Cranium ovale. Os frontis latum.
Ossa nasi depressa, longa.
Facies valde prognatha.
A. 0,501. B. 0,359. C. 0,169. D. 0,135. E. 0,131. G. 0,033. G' 0,028.

Obs. Sutura sagittalis deleta est. S.

90. Cranium Javani, nati *Banjoemaas.*

Cranium ovale, occipite protuberante.
Glabella et arcus superciliares prominentes.
Ossa nasi basi depressa, ceterum prominentia.
A. 0,510. B. 0,359. C. 0,176. D. 0,137. E. 0,136. G. 0,038. G'. 0,030.

Observ. Cranium posteriora versus quodammodo asymmetricum, sinistrorsum productum. S.

91. Cranium Javani, nati *Ngawie.*

Cranium ovale, postice latum.
Facies prognatha.
A. 0,502. B. 0,360. C. 0,171. D. 0,140. E. 0,138. G. 0,034. G'. 0,025.

Cranium viri junioris, bene servatum; omnes adsunt dentes. S.

## 92. Cranium Javani, nati *Ngawie.*

Cranium altum, postice latum, planum, verticale.
Orbitae magnae.
Ossa nasi deflexa.
Facies modice prominens. Maxilla inferior alta, crassa.
A. 0,502. B. 0,362. C. 0,171. D. 0,145. E. 0,156.

Cranium bene servatum, omnibus dentibus praeditum. S.

## 93. Cranium Javani, nati *Soerabayae.*

Cranium breve, latum, altum, postice planum.
Orbitae magnae, altiores quam latiores.
Ossa nasi deflexa.
A. 0,498. B. 0,364. C. 0,169: D. 0,150. E. 0,145. G. 0,034. G'. 0,031.

Observ. Cranium dextrorsum oblique productum. S.

## 94. Cranium Javani, e provincia *Soerabaya.*

Cranium magnum, elongatum, postice latum. Occiput planum verticale.
Orbitae magnae.
Ossa nasi non depressa.
Facies prognatha.
A. 0,506. B. 0,372. C. 0,178. D. 0,143. E. 0,140. G. 0,035. G'. 0,026. S.

## 95. Cranium Javani.

Cranium breve, latum, altum, postice planum, verticale.
Frons pulchre gibba.
Ossa nasi parva, non depressa.
Facies vix prognatha.

A. 0,492. B. 0,362. C. 0,165. D. 0,156. E. 0,140. G. 0,034. G'. 0,029.

Observ. Os parietale sinistrum posteriora versus oblique productum; hinc cranium quodammodo asymmetricum.
Ex quanam insulae parte sit Javanus hic (cujus nomen Dano inscriptum est cranio) nescio. Cranium viri junioris, bene servatum. S.

## 96. Cranium Javani (incertae originis).

Cranium magnum.
Glabella et arcus superciliares eminentes. Os frontis magnum.
Orbitae amplae.
Ossa nasi longa, vix deflexa.
Facies prognatha.
Maxilla inferior crassa; rami superficiem inaequalem exhibent, impressam a musculo massetere.
A. 0,510. B. 0,365. C. 0,175. D. 0,147. E. 0,138. G. 0,039. G'. 0,035.

Observ. Cranium asymmetricum, parietali osse sinistro postrorsum ultra dextrum producto.
Emtum cranium est a Prosectore Musei Regii Lugd. Bat. Verstraten.

## 97. Cranium Javani (incertae originis).

Cranium incompletum.

Forma cranii ovalis. Glabella et arcus superciliares eminentes.
Ossa nasi subdepressa.
A. 0,523. B. 0,381. C. 0,181. D. 0,144. E. 0,141. G. 0,037. G'. 0,031.

Observ. Cranium posteriora versus asymmetricum, osse occipitis sinistrorsum producto. Sutura sagittalis evanuit.
Emtum est hoc cranium cum sequenti e collectione Cl. Reinwardt.

## 98. Cranium Javani, incertae originis.

Cranium ovale. Os frontis magnum, reclinatum.
Glabella et arcus superciliares eminentes. Orbitae amplae.
Ossa nasi longa, deflexa.
Facies magna, modice prognatha.

A. 0,509. B. 0,566. C. 0,171. D. 0,150. E. 0,136. G. 0,038. G'. 0,031.

## 99. Cranium Javani.

Cranium altum, breve, latum.
Os frontis reclinatum. Spatium inter orbitas magnum.
Ossa nasi plana.
Facies prognatha.
Maxilla inferior antice alta, margine mentali lato, truncato.
A. 0,481. B. 0,557. C. 0,166. D. 0,140. E. 0,131. G. 0,030. G'. 0,025.

Observ. Cranium bene servatum, dentibus omnibus praeditum, postice asymmetricum, oblique sinistrorsum productum. Foramen magnum angustum. Tuberculum parvum in margine antico hujus foraminis conspicitur. Nomen viri cranio inscriptum est Pasami, sine loci, ubi natus sit, notatione. S.

---

## Annotatio de *Craniorum Javanensium mensura.*

Si ex diversis mensuris media quaedam desumuntur, videmus circumferentiam cranii fere esse 0,499, longitudinem 0,166, latitudinem 0,139 aut 0,140, altitudinem 0,142 (in paucis infra 0,137 aut supra 0,145.) Patet igitur ex cranii mensuris Javanos pertinere ad typum gentium brachycephalicarum. Sed miro modo accidit, ut in quibusdam craniis forma magis ovalis et elongata (longitudo fere inter 0,175—0,178 vel etiam in duobus 0,180 et 0,181) inventa sit.

Ceterum cranium Javanorum, quemadmodum universe Malaicarum gentium, saepissime est asymmetricum. Facies distinguitur fere semper defectu foveae maxillaris, quae etiamsi in quibusdam adsit, vix ac ne vix quidem in ullo profunda et distincta erit.

---

## 100. Cranium feminae malaicae, ex *Java* insula.

Cranium breve, rotundum.
Ossa nasi deflexa, inferiora versus prominentia. Margo alveolaris superior humilis; distantia inter narium aperturam et dentes incisivos parva.

A. 0,501. B. 0,354. C. 0,166. D. 0,140. E. 0,137. G. 0,035.
G'. 0,030.

Observ. Cranium asymmetricum, posteriora versus oblique dextrorsum productum. S.

## 101. Cranium feminae malaicae, ex *Java* insula.

Cranium breve, latum, postice verticale. Frons gibba.
Maxilla superior prominens.
A. 0,474. B. 0,346. C. 0,157. D. 0,137. E. 0,130. G. 0,032.
G'. 0,030. S.

## 102. Cranium feminae malaicae, ex insula *Java*.

Cranium feminae junioris integerrimum.

Typus brachycephalus prognathus.
Ossa nasi depressa.
A. 0,461. B. 0,337. C. 0,157. D. 0,132. E. 0,131. G. 0,027.
G' 0,024.

Observ. Cranium postice latum. Dentes adsunt omnes, excepto ultimo molari utrinsecus in utraque maxilla, nondum protruso. S.

## 103. Cranium feminae malaicae, ex insula *Java*.

Cranium altum, breve, latum, postice verticale.
Orbitae amplissimae.
Ossa nasi deflexa, carinam medio efformantia.
Facies brevis, lata.

(Dentes ut in superiori cranio adsunt 28.)

A. 0,480. B. 0,346. C. 0,159. D. 0,143. E. 0,135. G. 0,035.
G'. 0,030.
Observ. Ex his quatuor craniis femininis media cranii circumferentia desumitur 0,479, longitudo 0,159, latitudo 0,133.
S.

## 104. Cranium incolae insulae *Madurae*.

Cranium breve, latum, altum.
Maxilla superior admodum producta.
Ossa nasi fere prorsus inter se concreta.

A. 0,502. B. 0,354. C. 0,173. D. 0,138. E. 0,159. G. 0,036. G'. 0,030.

Observ. Cranium viri junioris, omnibus dentibus praeditum. Os frontis sinistro in latere vulnere laesum. S.

## 105. Cranium incolae insulae *Madurae*.

Cranium altum, praesertim ad partem anteriorem ossium parietalium gibbam. Os occipitis superne globosum.

A. 0,505. B. 0,370. C. 0,176. D. 0,149. E. 0,138. G. 0,036. G'. 0,027.

Cranium in dextro frontis latere prope inferiorem suturae coronalis partem vulnere diffractum. S.

## 106. Cranium e gente *Dajak*, ex insula *Borneo*.

Cranium ovale. Os frontis angustum, pulchre rotundatum versus suturam coronalem. Glabella et arcus superciliares protuberantes.

Ossa nasi plana.

Facies vix prognatha.

A. 0,497. B. ....? C. 0,174. D. ....? E. 0,151.

Observ. Cranium incompletum. Desideratur maxilla inferior. Dentes omnes elapsi sunt, persistentibus alveolis.

Pars basilaris et inferior portio partis occipitalis ossis occipitis desunt. Hinc foramen magnum metiri non potui, nec arcum superiorem cranii, sive illam dimensionem, quae littera B. a nobis indicatur. Altitudo cranii a *margine anteriori* foraminis magni usque ad suturae sagittalis partem, quae verticali linea supra eum locum sita est, reperta est 0,133.

Cranium postice asymmetricum est, magis sinistrorsum productum. Pars superior ossis occipitis magnum efformat os *Wormianum*, praesertim sinistrorsum sese extendens.

Cranium emtum est e collectione Cl. Reinwardt.

## 107. Cranium e gente *Dajak*, ex insula *Borneo*.

Cranium ovale. Os frontis pulchre rotundatum, latius quam in cranio superiori.

Ossa nasi non plana, medio carinam efformantia.

Fovea maxillaris satis distincta. Facies non prognatha.

A. 0,510. B. ....? C. 0,174. D. ....? E. 0,157.

Observ. Cranium incompletum. Desideratur maxilla inferior. Basis cranii circa foramen magnum desideratur; hinc dimensiones B, D, et G, G′ incognitae. Laesa est superficies superior in anteriori parte ossium parietalium.

Sutura sagittalis prorsus deleta est. Sutura lambdoidea evanuit superiora versus.

Exceptis duobus caninis et tribus molaribus, dentes ex alveolis, qui supersunt, elapsi sunt.

Cranium asymmetricum, posteriori parte sinistrorsum protrusa.

Cranium hoc a doctissimo peregrinatore germanico Macklot ex India allatum, antea in Museo Regio depositum, mihi a Temminckio concessum est loco aliorum, quae Musco dedi craniorum.

## 108. Cranium e gente *Dajak*, ex insula *Borneo*.

Observ. Cranium hoc deforme pumilionis hydrocephali ad illustrandam varietatem gentilitiam nil confert.

Os frontis sutura media divisum; ossa vero parietalia, deleta sutura, in unum concreta. Cranium amplum, supra depressum. Dentes pauci supersunt. Ossa nasi depressa et concava.

Debeo hoc cranium Cl. Halbertsma, Prof. Anat. in Acad. L. B.

## 109. Cranium feminae ex insula *Nias* [1], maxima e serie insularum versus occidens *Sumatrae* sitarum.

Cranium globosum, fronte prominente, eleganter rotundata. Ossa parietalia versus suturam sagittalem excavata. Os occipitis superne gibbum.

Facies vix prognatha. Ossa nasi plana.

A. 0,483. B. 0,350. C. 0,162. D. 0,133. E. 0,134. G. 0,033. G′. 0,029.

Cranium bene servatum; dentes plerique adsunt.

Ossa parietalia asymmetrica; os parietale sinistrum oblique posteriora versus eminens. S.

## 110. Cranium incolae insulae *Celebes*.

Cranium altum, postice latum. Ossa parietalia postice declivia.

Orbitae amplae.

Ossa nasi non depressa, longa.

---

1) »The inhabitants are of the Malayan Race and said to be a shade fairer than the nations of Sumatra". J. Crawfurd *Descriptive Dictionnary of the Indian Islands and adjacent Countries*. London 1856. 8°. p. 300.

A. 0,501. B. 0,372. C. 0,169. D. 0,138. E. 0,141. G. 0,038.
G'. 0,032.

Cranium, exceptis dentibus plerisque elapsis, satis completum, asymmetricum, sinistrorsum productum.
Donum Doctissimi Schelet, Medici militaris.

## 111. Cranium incolae insulae *Celebes*, e gente *Boegi* aut *Woegi* (ex parte occidentali et australi insulae.)

Cranium breve, altum, latum. Occiput verticale, planum.
Orbitae amplissimae. Ossa nasi non plana.
A. 0,491. B. 0,353. C. 0,158. D. 0,137. E. 0,139. G. 0,029.
G'. 0,026.

Ossa parietalia posteriora versus oblique asymmetrica, sinistro longe magis producto. Margo anterior foraminis magni obfert articulationem accessoriam (cf. supra n°. 17).
Cranium satis completum; dentes incisivi tamen et molares nonnulli elapsi sunt.
Hoc cranium debeo viro Cl. C. J. Matthes, Professori in Athenaeo illustri Amstelodamensi

## 112. Cranium Macassari, e parte australi insulae *Celebes*.

Cranium rotundum, altum.
Orbitae mediocres, quadratae.
Ossa nasi non plana.
Facies vix prognatha.
A. 0,489. B. 0,347. C. 0.166. D. 0,135. E. 0,142. G. 0,030.
G'. 0,032.

Cranio huic deest maxilla inferior. Dentes plures elapsi sunt.
Cranium postice asymmetricum, occipite dextrorsum paullo magis producto.
Specimen hoc cum sequenti coëmtum est e collectione Cl. Reinwardt.

## 113. Cranium Macassari, e parte australi insulae *Celebes*[1]).

Cranium ovali-globosum.

---

1) 110—113. »The people of Celebes .... men of short stature, of a yellowish brown complexion and lank strong hair, with scanty beard." Crawfurd l. l. p. 88.

Orbitae amplissimae (altitudo ipsis est 39 m. m., latitudo 38 m. m.).
Ossa nasi non depressa.
A. 0,510. B. 0,364. C. 0,168. D. 0,152. E. 0,158. G. 0,039. G'. 0,031.

Cranium incompletum. Deest maxilla inferior. Arcus zygomaticus sinister diffractus est. Dentes plerique elapsi sunt.

## 114. Cranium incolae ex insula *Amboina*.

Cranium altum, ovatum.
Os frontis reclinatum, angustum, arcubus superciliaribus prominentibus.
Ossa parietalia gibba, supra meatum auditorium, in anteriori parte suturae sagittalis, alta.
Ossa nasi non prorsus depressa.
Maxilla superior oblique producta.
Maxilla inferior crassa.
A. 0,489. B. 0,359. C. 0,172. D. 0,140. E. 0,132. G. 0,034. G'. 0,027.

Cranium integrum viri junioris. Dentes adsunt 28, non evolutis molaribus ultimis. Asymmetria observatur, dextrorsum magis prominente cranio posteriora versus.
Debeo hoc cranium doctissimo P. Neeb, Medico militari.

## 115. Cranium *Alfuri*, incertae originis.

Cranium e dolichocephalorum typo. Frons angusta, medio gibba.
Os nasi unicum, impar, parvum, prorsus planum.
A. 0,510. B. 0,386. C. 0,176. D. 0,138. E. 0,154. G. 0,031. G'. 0,024.

Cranium e tumulo effossum videtur. Diffractae sunt partes internae orbitarum. Plerique dentes adsunt, corona non detriti.
Observ. Nomine *Alfurorum* denotantur vulgo incolae ex interioribus partibus insularum magnarum Archipelagi indici. Ex quanam insula sit hoc specimen nescio. Emtum a me cranium est ex collectione clarissimi G. Sandifort, cui dono dederat Vir perill. van den Bosch, olim Gubernator Indiae orientalis.

## 116. Cranium incolae insulae *Timor*.

Cranium ovale.

Orbitae amplae, quadratae.
Ossa nasi subplana.
Facies vix prognatha. Fovea maxillaris profunda.
A. 0,494. B. ....? C. 0,167. D. ....? E. 0,132.

Cranium incompletum. Deest maxilla inferior. Pars inferior ossis occipitis diffracta est. Dentes plerique elapsi sunt, superstitibus tamen alveolis.
Cranium subasymmetricum, oblique dextrorsum in parte posteriori productum.
Specimen emtum e collectione Cl. Reinwardt.

## 117. Cranium incolae *Novae Guineae.*

Cranium elongatum.
Os frontis reclinatum. Arcus superciliares et glabella prominentes. Orbitae latiores, quam altiores.
Ossa temporum in superiori parte tumida, gibba.
Ossa nasi fere plana.
A. 0,504. B. 0,366. C. 0,179. D. 0,156. E. 0,129.

Cranium incompletum. Desideratur maxilla inferior; orbitae partim diffractae. Deest pars ossis occipitis, quae foramen magnum cingit.
Cranium senile; dens nullus superest, deleto fere margine alveolari.
Cranium hoc, ex itinere Doctiss. Macklot, accepi a Temminckio simul cum cranio 107.

---

## GENTES, QUAE INSULAS MARIS PACIFICI ET NOVAM HOLLANDIAM INHABITANT.

## 118. Cranium incolae *Novae Zeelandiae* [1]).

Cranium elongatum, postice latum:
Glabella et arcus superciliares eminentes.
Linea semicircularis inferior distinctissima.
Ossa nasi subdeflexa, supra angusta.
A. 0,511. C. 0,179. E. 0,157.

Cranium incompletum. Desideratur maxilla inferior. Deest pars posterior ossis parietalis sinistri et pars basilaris ossis occipitis. Dentes fere omnes elapsi sunt.

---

1) Aliud cranium ejusdem gentis in Museo Regio Historiae naturalis Lugduno-Batavo servatur. Paullo longius est nostro, sed ceterum in plerisque partibus satis simile.

Ex conjectura, partium superstitum ratione habita, forsan dimensio B. erit 0,345, D. 0,143. Foraminis magni dimensiones incognitae.
Specimen hoc coëmtum est e collectione Cl. Reinwardt simul cum sequenti cranio.

## 119. Cranium incolae *Novae Hollandiae.*

Cranium elongatum, angustum.
Os frontis reclinatum. Arcus superciliares et praesertim glabella admodum protuberant. Os occipitis supra gibbum, infra lineam semicircularem superiorem excavatum.
Ossa nasi parva, depressa.
Facies prognatha. Palatum longum, latum.
Maxilla inferior longa, ramo lato.
A. 0,502. B. 0,376. C. 0,178. D. 0,143. E. 0,127. G. 0,036. G′ 0,030.

Cranium completum, integrum, viri mediae aetatis aut junioris. Dentes omnes adsunt integerrimi, excepto dextro primo dente incisivo superiori, evulso. Cranii forma mirifice convenit cum icone capitis, quam reperies in Peronii itinere *Voyage de Découvertes aux Terres australes, sec. édition revue par* L. de Freycinet (*Ourou-Maré dit Bull-dog par les Anglais).*

---

## CRANIA SINENSIUM.

## 120. Cranium *Sinensis.*

Cranium ovale. Orbitae magnae.
Facies valde prognatha.
A. 0,492. B. 0,368. C. 0,174. D. 0,144. E. 0,129. G. 0.033. G′. 0,027.

Cranium bene servatum viri, ut videtur, junioris, sed evanuit sutura coronalis fere tota et pars posterior suturae sagittalis; evanescens quoque est ac partim deleta sutura lambdoidea. Dentes fere completi. Cum sequenti coëmtum cranium est e collectione conjunctissimi J. C. Broers, Professoris quondam Leidensis meritissimi.

## 121. Cranium *Sinensis.*

Cranium ovale.
A. 0,517. B. 0,376. C. 0,181. D. 0,144. E. 0,136. G. 0,036. G′ 0,026.

Cranium viri mediae aetatis bene servatum, dentibus tamen quibusdam superioribus elapsis.

122. Cranium *Sinensis* e *Macao*.

Cranium ovale, fere regulare, impressum juxta partem posteriorem suturae sagittalis.

Pars superior et posterior partium squamosarum ossium temporum gibba.

Ossa nasi deflexa, alte inter orbitas ad frontem adscendentia.

Margo alveolaris superior rotundus, dentibus incisivis latis. Facies vix prognatha.

A. 0,522. B. 0,379. C. 0,174. D, 0,146. E. 0,136. G. 0,034. G'. 0,030.

Cranium bene servatum viri junioris. Adsunt dentes omnes, excepto elapso molari primo, superiori dextro.

Misit Doct. P. Bleeker, de Zoologia et praesertim *Ichthyologia indica* meritissimus.

123. Cranium *Sinensis*.

Cranium elongatum, ovale, occipite supra lineam semicircularem gibbo, eminente.

Os frontis magnum, amplum, pulchre formatum.

Orbitae magnae.

Ossa nasi plana.

Facies prognatha; dentibus incisivis superioribus valde ultra inferiores prominentibus.

Maxilla inferior brevis, ramo lato.

A. 0,529. B. 0,399. C. 0,189. D. 0,142. E. 0,141. G. 0,034. G'. 0,031.

Cranium viri, ut videtur, junioris, bene servatum, dentibus molaribus paucis exceptis, completum.

Donum doctissimi Swaving.

124. Cranium *Sinensis*.

Cranium ovale. Ossa parietalia in parte anteriori pone suturam coronalem gibba. Occiput supra globosum ut in superiori.

Ossa nasi plana, vix ultra partes nasales ossium supramaxillarium exserta.

A. 0,522. B. 0,379. C. 0,178. D. 0,154. E. 0,139. G. 0,035. G'. 0,030.

Cranium viri mediae aetatis. Exceptis duobus molaribus inferioris maxillae, dentes omnes adsunt.

Donum doctissimi Swaving.

## 125. Cranium *Sinensis*.

Cranium parvum, ovatum, altum, in vertice frontis ad apicem suturae coronalis gibbum. Os occipitis latum, planum.

Orbitae magnae. Arcus superciliares distincte expressi, quod in sinensibus craniis rarum.

A. 0,492. B. 0,355. C. 0,168. D. 0,141. E. 0,142. G. 0,036. G.′ 0,031. S.

---

## Annotatio de Cranio Sinensium.

Ex sex illis craniis dimensio media circumferentiae habetur 0,512, altitudinis 0,145, longitudinis 0,180, latitudinis 0,157 aut 0,158 [1]). Patet igitur crania sinensia non pertinere ad typum brachycephalicum (vide supra pone numerum 48 et 99.) Hoc jam recte vidit Cl. Retzius.

De aliis craniorum notis in Sinensibus (quae fere sunt: ossa nasi longa, alte adscendentia, dentes incisivi superiores admodum ante inferiores prominentes, maxilla inferior brevis et alta) antea exposui in diario Historiae Naturalis (Tijdschrift voor natuurl. Geschiedenis en Physiol. III. 1836. p. 143—162.)

---

## 126. Cranium *Sinensis hybridae.*

Cranium breve, postice latum. Arcus superciliares et glabella protuberantes. Ossa faciei magna. Ossa nasi longa. Partes zygomaticae ossium supramaxillarium infra orbitas eminentes.

Facies prognatha. Dentes incisivi superiores ultra inferiores prominentes.

A. 0,497. B. 0,352. C. 0,160. D. 0,145. E. 0,146. G. 0,034. G′ 0,032.

Cranium asymmetricum, sinistrorsum oblique productum.

---

### GENTES *VARIETATIS MONGOLICAE.*

## 127. Cranium *Calmucci* (incertae originis.)

1) Hanc justo minorem esse, quod parvis craniis 120 et 125 tribuendum est, ex comparatione aliorum craniorum video. Antea ex decem craniis sinensium circumferentiam mediam inveni 0,517. Non longe a vero medio abesse crediderim 0,515.

Cranium satis magnum, latum, rotundum. Os frontis magnum, amplum.
Arcus superciliares et glabella eminentes. Orbitae amplae.
Ossa jugalia et partes jugales ossium supramaxillarium alta.
Maxilla inferior infra ad mentum transverse truncata.
A. 0,542. B. 0,380. C. 0,182. D. 0,146. E. 0,151. G. 0,039. G'. 0,034.

Cranium e typo brachycephalo orthognatho, viri aetatis provectioris; latet tamen maximam partem dens molaris quintus superior, corona vix emergente; dentes reliqui omnes elapsi sunt, excepto penultimo molari sinistro in maxilla inferiori.
Specimen emtum e collectione craniorum Cl. G. Sandifort.

---

## GENTES AFRICANAE, QUAE AD AETHIOPICAM VARIETATEM PERTINENT.

### 128. Cranium *Aethiopis* ex *Nigritia.*

Cranium magnum, ovale.
Ossa faciei magna. Facies prognatha.
A. 0,509. B. 0,376. C. 0,179. D. 0,156. E. 0,134. G. 0,035. G'. 0,028.

Cranium bene servatum viri juvenis fere 25 annorum. Dentes omnes adsunt. Apertura narium obliqua, dextrorsum altior.
Hoc cranium debeo viro Doctissimo Guyon, qui adnotavit sequentia: „*Salem ben-Barka du Bas-Soudan, soldat aux tirailleurs indigènes d'Alger. Entré à l'hôpital de Blidah le* 9 *Juillet* 1849, *mort le* 5 *Août suivant.*"

### 129. Cranium *Aethiopis* ex occidentali parte Africae tropicae.

Cranium magnum, elongatum.
Orbitae amplae, elongato-quadratae.
Maxilla superior modice prominens.
Maxilla inferior longa, satis alta, mento prominulo; rami superficiem obferunt valde inaequalem ex validissimis musculi masseteris impressionibus, margine anguli recurvo.
A. 0,533. B. 0,399. C. 0,188. D. 0,152. E. 0,139. G. 0.036. G'. 0,031.

Suturae cranii evanescentes, partim deletae. Dentes omnes adsunt, albi, nitidi sed coronis admodum detritis.

Hoc cranium ducis e tribu *Hanta*, qui in bello anni 1838 diem obiit supremum, debeo Doctissimo Schelet, Medico quondam militari ad littora *Guineae*.

### 130. Cranium *Aethiopis* e *Guinea*.

Cranium elongatum, facie prognatha.
Ossa nasi parum depressa.
A. 0,527. B. 0,370. C. 0,182. D. 0,142. E. 0,135. G. 0,040. G'. 0,035.

Cranium viri mediae aetatis. Dentes adsunt omnes.
Os Wormianum partem superiorem ossis occipitis efformat, figuram obferens rhombicam.
Cranium mihi dedit Doct. Gobee, Medicus militaris.

### 131. Cranium *Aethiopis* e *Guinea*.

Cranium elongatum, facie prognatha, vere typicum.
A. 0,516. B. 0,376. C. 0,180. D. 0,152. E. 0,137. G. 0,034. G'. 0,028.

Cranium viri mediae aetatis. Dentes omnes adsunt, excepto quinto molari utrinsecus superiori non evoluto.
Parvum tuberculum accessorium medium, articulationi inserviens in margine anteriori foraminis magni conspicitur (Cf. supra no. 17, 111.)
Dentes incisivi superiores ita limati sunt ut triangulum referant, quales etiam Aethiopis effigies monstrat, quae reperitur Tabula 90 in opere celeberrimi Gall, *Anatomie et Physiologie du système nerveux en général et du Cerveau en particulier.* Paris 1810—1819.
Cranium hocce debeo viro doctissimo Gobee.

### 132. Cranium *Aethiopis* e *Guinea*.

Cranium angustum, vere typicum.
A. 0,483. B. 0,353. C. 0,170. D. 0,134. E. 0,120. G. 0,040. G' 0,031.

Cranium male servatum; diffractae sunt partes internae orbitarum; desideratur fere totum os ethmoideum et os vomeris; deest palati pars posterior dextra. Dentes molares 14 supersunt; reliqui dentes omnes elapsi sunt.
Specimen hocce debeo Doctissimo Schelet, quemadmodum etiam crania 133 et 134.

### 133. Cranium *Aethiopis* e *Guinea*.

Ossa nasi subdeflexa, non plana depressa.
A. 0,502. B. 0,359. C. 0,174. D. 0,135. E. 0,129. G. 0,034. G'. 0,029.

Cranium minus bene servatum, senile. Deleta est sutura sagittalis. Dentes in maxilla superiori nulli supersunt; deletus maximam partem margo alveolaris; inferioris maxillae alveoli supersunt, sed dentes elapsi sunt, quinque molaribus exceptis.

## 134. Cranium *Aethiopis* e *Guinea.*

A. 0,516. B. 0,585. C. 0,177. D. 0,145. E. 0,155. G. 0,035. G′ 0,029.

Cranium male servatum viri provectioris aetatis. Dentes pauci tantum molares supersunt.

Diffracta est pars palati et desiderantur partes osseae in interna narium cavitate.

## 135. Cranium *Aethiopis* ex *Ashanti.*

Arcus superciliares prominentes. Ossa nasi deflexa.

A. 0,503. B. 0,576. C. 0,178. D. 0,149. E. 0,151. G. 0,036. G′, 0,029.

Cranium bene servatum viri mediae aetatis. Dentes omnes adsunt, sani, magni. Caninus dexter superior exteriora versus remotus, ita ut primus molaris in eo latere seriem continuam cum incisivis dentibus efficiat. Tria ossa Wormiana irregularia partem superiorem ossis occipitis componunt.

Cranium a Doct. C. Swaving dono datum Clarissimo Broers, e cujus collectione a me emtum est cum quinque aliis, nempe proxime sequentibus duobus et 139, 140 et 141.

## 136. Cranium *Aethiopis* ex Ashanti (militis in insula Java).

Cranium eximium typi dolichocephali prognathi exemplum. Frons reclinata. Partes nasales ossium supramaxillarium convexae.

A. 0,491. B. 0,553. C. 0,181. D. 0,140. E. 0,112. G. 0,037. G′. 0.029.

Cranium satis bene servatum; dentes pauci elapsi sunt. Hujus speciminis ectypon e gypso conficiendum curavi.

## 137. Cranium *Aethiopis* ex Ashanti (militis in insula Java).

Arcus superciliares eminentes. Ossa nasi plana.

A. 0,501. B. 0,370. C. 0,180. D. 0,144. E. 0,135. G. 0,035. G'. 0,028.

Cranium bene servatum. Dentes omnes adsunt, excepto molari ultimo superiori, sinistro.

138. Cranium *Aethiopis'* ex Ashanti (militis in insula Java).

Cranium ovale.
Glabella prominens. Ossa nasi deflexa.
Maxilla superior oblique producta.
A. 0,525. B. 0,375. C. 0,186. D. 0,141. E. 0,140. G. 0,037. G'. 0,030.

Cranium bene servatum est. Dentes omnes adsunt, excepto dente molari ultimo sinistro, inferiori.
Donum doctissimi P. Neeb, Med. militaris.

139. Cranium *Aethiopis* ex Ashanti (militis in insula Java).

Cranium ovale.
Arcus superciliares eminentes. Ossa nasi deflexa, basi depressa.
Facies prognatha.
A. 0,491. B. 0,359. C. 0,169. D. 0,139. E. 0,137. G. 0,031. G'. 0,029.

Ossa tria Wormiana adsunt ad partem superiorem suturae lambdoideae.
Dentes plerique elapsi sunt, superstitibus alveolis.

140. Cranium *Aethiopis* ex Ashanti (militis in Java insula).

Cranium elongatum.
Fovea maxillaris profunda.
A. 0,496. B. 0,352. C. 0,172. D. 0,134. E. 0,131. G. 0,036. G' 0,030.

Cranium optime servatum. Dentes pulchri, albi; nonnulli elapsi sunt.

141. Cranium *Aethiopis* ex Ashanti (militis in Java insula).

Ossa nasi basi impressa, concava, angusta, versus narium aperturam lata.
A. 0,523. B. 0,394. C. 0,184. D. 0,146. E. 0,156. E. 0,130. G. 0,033. G'. 0,025.

Os Wormianum fere pentagonum superiorem ossis occipitis apicem efformat. Cranium satis bene servatum, dentes tamen plures elapsi sunt. Pars suturae sagittalis paene deleta.

## 142. Cranium *Aethiopis* ex Ashanti.

Cranium elongatum.
Ossa nasi deflexa.
A. 0,502. B. 0,370. C. 0,176. D. 0,134. E. 0,135. G. 0,033. G'. 0,030.

Cranium viri senescentis. Sutura sagittalis fere deleta est. Dentes omnes elapsi sunt, superstitibus tamen alveolis.
Cranium hoc serrae ope transverse dissectum est.
Donum doct. Krol, Medici militar.

## 143. Cranium *Aethiopis* e regione, quae septentrionem versus Ashantinae adjacet.

Ossa nasi declivia.
Facies prognatha. Fovea maxillaris profunda.
A. 0,505. B. 0,366. C. 0,177. D. 0,137. E. 0,138. G. 0,032. G'. 0,028.

Cranium bene servatum, dentibus omnibus praeditum. Dentes sani, albi; incisivi lati.
Ossis occipitis regio superior a pluribus ossiculis Wormianis efformata. Processus parvus horizontalis ad oram posteriorem foraminis magni, longitudinis 0,005.
Cranium viri circiter 28 annorum, cui nomen Abotjé. Specimen hocce debeo doctissimo Boomsma, Med. militari, quemadmodum etiam quod proxime sequitur.

## 144. Cranium *Aethiopis* ex Ashanti.

Orbitae magnae.
Ossa nasi deflexa. Facies brevis.
A. 0,498. B. 0,345. C. 0,173. D. 0,130. E. 0,135. G. 0,038. G'. 0,034.

Cranium integerrimum, pulchre servatum, juvenis fere 20 annorum. Dentes omnes adsunt; ultimus molaris praesertim in maxilla inferiori vix corona sua emergit ex alveolis. Dentes incisivi et molares anteriores interposito omnes a vicinis spatio distant.

## 145. Cranium *Aethiopis* (incertae originis).

Cranium elongatum. Os frontis medio gibbum.

Ossa nasi minime plana, angulo ita inter se juncta ut commissura carinam efficiat.

Facies modice prognatha.

A. 0,492. B. 0,362. C. 0,177. D. 0,136. E. 0,131. G. 0,040. G'. 0,030.

Cranium viri mediae aetatis. Dentes integri, exceptis, qui elapsi sunt, incisivis. Emtum a me cranium est e collectione doct. VAN NYMEGEN.

---

Annot. Dimensiones cranii Aethiopici mediae, ex his craniis (128—145) desumtae, quodammodo differunt ab iis, quae antea ex craniis diversis depromtae sunt.

A erit 0,506 (magis numerosa tamen sunt crania in quibus circumferentia est infra 0,505, quam quae ampliora.)

C 0,178 (magis numerosa sunt crania infra 0,179 quam quae longiora.)

D 0,140.

E 0,131 (longe maximus numerus craniorum est inter 0,129 et 0,135.)

Cf. supra p. n$^{os}$. 48, 99 et 125.

---

## 146. Cranium *Aethiopissae* junioris (18 ut dicebatur annorum?)

Cranium ovale, fronte gibba.

Ossa nasi deflexa.

Fossa maxillaris profunda.

Maxilla superior modice prominens.

A. 0,457. B. 0,338. C. 0,161. D. 0,127. E. 0,122. G. 0,035. G'. 0,029.

Cranium pulchre servatum. Puella aethiopica Hagae Comitum diem obiit

supremum e pleuritide anno 1854, cui nomen datum erat *Lydia Franklin*; nata dicitur ex servis aethiopicis in Brasilia. Mihi misit doct. JELTES Med. Dr. puellae caput, cujus ectypon e gypso confici curavi antequam cranio praeparando inserviit.

## 147. Cranium Mulattae (incertae originis).

A. 0,522. B. 0,364. C. 0,177. D. 0,134. E. 0,137. G. 0,035. G'. 0,030.

Maxilla inferior desideratur. E dentibus deest caninus sinister.
Emtum cranium e collectione doct. VAN NYMEGEN.

---

## 148. Cranium *Caffri* juvenis.

Cranium dolichocephalum, prognathum.
Orbitae magnae.
Ossa nasi ad basin admodum angusta, deflexa, carinam conjunctione efformantia.
A. 0,504. B. 0,375. C. 0,178. D. 0,140. E. 0,127. G. 0,039. G'. 0,030.

Cranium integerrimum Caffri aetatis fere 25 annorum, qui occidit in bello cum incolis coloniae anno 1837. Filius erat ducis Caffrorum, cui nomen PATO. Hoc cranium delineavi et descripsi: *Tijdschrift voor Natuurl. Geschiedenis IV. Tab.* 2; *Bijdragen tot de Natuurl. Gesch. van den Negerstam*, p. 46. Tab. 3. E cera confectum ectypon misi ad amiciss. RETZIUM, quod servatur in Museo Holmiensi.
Donum doctiss. J. P. ROUX.

## 149. Cranium *Caffri*.

Cranium ovale, elongatum, sulco profundo longitudinali juxta suturam sagittalem distinctum.
Os occipitis tuber insigne, supra lineam semicircularem superiorem, exhibet. Arcus superciliares eminentes.
Orbitae quadratae.
Ossa nasi fere plana.
Facies vix prognatha.
A. 0,522. B. 0,380. C. 0,186. D. 0,141. E. 0,135. G. 0,034. G'. 0,029.

Cranium viri mediae aetatis. Desideratur maxilla inferior. Elapsi sunt dentes incisivi, caninus dens dexter, molaris primus dexter et secundus

molaris sinister. Suturae coronalis et sagittalis vix vestigia supersunt; evanescens est sutura lambdoidea.
Donum viri venerandi H. VAN DER RIET.

## 150. Cranium *Caffri.*

Cranium ovale, elongatum. Arcus superciliares eminentes.
Ossa nasi deflexa.
Facies parum prominens.
Margo inferior maxillae inferioris sub ramo ad angulum extrorsum recurvus.
A. 0,516. B. 0,372. C. 0,187. D. 0,143. E. 0,151. G. 0,031. G'. 0,050.

Cranium Caffri, qui occisus est in bello anni 1846; viri junioris videtur, sed jam evanescunt suturae cranii, praesertim coronalis et sagittalis. Vulnere diffractum est os parietale dextrum in parte posteriori; fissurae plures antrorsum, postrorsum et versus inferiora exinde ortae. Exceptis duobus incisivis mediis et molari secundo dextro maxillae inferioris, dentes adsunt omnes, integerrimi, vix detriti.
Donum viri doctissimi F. LESUEUR FLECK.

## 151. Cranium *Caffri.*

Cranium ovale, elongatum. Arcus superciliares et glabella eminentes. Spatium interorbitale magnum.
Occiput supra gibbum. Sulcus longitudinalis versus mediam partem inter ossa parietalia.
Ossa nasi deflexa.
A. 0,517. B. 0,368. C. 0,186. D. 0,158. E. 0,153. G. 0,040. G'. 0,031.

Cranium viri mediae aetatis; suturae tamen cranii evanescentes, sagittalis suturae vix ullis vestigiis superstitibus. Elapsi sunt incisivus dens medius et caninus sinister in maxilla inferiori; reliqui dentes adsunt omnes, sani, albi; molarium corona vix detrita.
Cranium Caffri, qui bello anni 1846 occisus est, ad me missum 1847 a doctiss. F. LESUEUR FLECK.

## 152. Cranium *Caffri.*

Cranium elongatum, occipite supra gibbo.
Glabella et arcus superciliares eminentes.

Orbitae magnae, quadratae, magno spatio interposito diremtae; processu nasali ossium supramaxillarium lato. Ossa nasi angusta, subdepressa.

Facies vix prognatha. Maxilla inferior alta, mento prominulo.

A. 0,529. B. 0,387. C. 0,187. D. 0,140. E. 0,157. G. 0,036. G'. 0,028.

Cranium viri junioris, bene servatum. Dentes adsunt omnes, albi, magni. Donum doctiss. F. Lesueur Fleck.

## 153. Cranium *Caffri* e stirpe *Tamboeki* ex *Amatimba.*

Arcus superciliares et glabella prominentes.

Pars superior ossis occipitis protuberans, globosa.

Ossa nasi plana.

Facies prognatha. Maxilla inferior alta; impressio musculi masseteris in ramis maxillae distinctissima.

Margo inferior maxillae ad angulum extrorsum recurvus.

A. 0,505. B. 0,376. C. 0,176. D. 0,140. E. 0,134. G. 0,039. G'. 0,031.

Cranium bene servatum viri junioris; dentes omnes adsunt regulares, magni, candidi.

Donum doctissimi F. Lesueur Fleck.

## 154. Cranium *Caffri* e tribu *Zoolah.*

Os frontis reclinatum. Arcus superciliares et glabella eminentes.

Occiput supra gibbum.

Fossa temporalis distinctissima.

A. 0,509. B. 0,379. C. 0,181. D. 0,144. E. 0,145. G. 0,040. G'. 0,035.

Cranium incompletum, ut videtur, e terra effossum. Orbitarum pars inferior et interna destructa. Dentes incisivi in utraque maxilla elapsi sunt, quemadmodum etiam canini inferiores et molares nonnulli. Suturae cranii evanescentes.

Donum doctiss. J. Smuts. De hoc cranio egi in *Bijdragen tot de Nat. Gesch. van den Negerstam* p. 43.

## 155. Cranium *Caffri* e tribu *Gaika.*

Cranium ovale, sed latum.

Glabella et arcus superciliares prominentes.
Ossa nasi prominentia, carinam formantia.
Facies vix prognatha.
A. 0,515. B. 0,363. C. 0,171. D. 0,142. E. 0,146. G. 0,034. G' 0,028.

Cranium viri mediae aetatis aut junioris. Dentes fere omnes adsunt.
Os Wormianum rhombicum adest in vertice cranii inter suturam coronalem et sagittalem (*Os anti-epilepticum* veterum medicorum).
Cranium hoc debeo doctiss. C. Biccard, 1853.

## 156. Cranium *Caffri* e tribu *Fingo.*

Cranium altum, elongatum.
Orbitae magnae, elongato-quadratae, altiores quam latiores.
Ossa nasi parva, angusta, fere depressa.
A. 0,529. B. 0,402. C. 0.183. D. 0,155. E. 0,142. G. 0,037. G'. 0,028.

Cranium viri mediae aetatis; dentes fere omnes supersunt.
Donum doctiss. F. Lesueur Fleck; 1846.

## 157. Cranium *Caffri.*

Cranium elongatum. Occiput supra gibbum, protuberans.
Arcus superciliares et glabella prominentes.
Orbitae magno intervallo separatae.
Ossa nasi plana.
Facies modice prognatha.
Maxillae inferioris condyli plani; rami lati, inferiori margine reflexo.
A. 0,517. B. 0,365. C. 0,183. D. 0,139. E. 0,128. G. 0,038. G'. 0,030.

Cranium Caffri occisi in bello anni 1847 prope *Graham's Town.* Videtur esse viri mediae aetatis. Elapsi sunt dentes incisivi omnes et molares nonnulli, integris tamen alveolis.
Donum doctiss. C. Smuts.

## 158. Cranium *Caffri.*

Cranium elongatum. Occiput supra gibbum.

Arcus superciliares cum glabella prominentes; spatium interorbitale magnum.
Orbitae amplae, elongato-quadratae.
Ossa nasi fere depressa.
Maxillae inferioris margo inferior sub angulo reflexus.
A. 0,522. B. 0,387. C. 0,189. D. 0,143. E. 0,133. G. 0,037. G'. 0,032.

Cranium viri junioris, in osse frontali et parietali vulnere diffractum. Dentes fere omnes adsunt exceptis duobus molaribus posterioribus elapsis.
Donum doct. F. Lesueur Fleck.

---

Crania undecim Caffrorum, quae enumeravi, dimensionem mediam circumferentiae (A) exhibent 0,515 aut 0,516, longitudinem C. 0,181 aut 0,182, altitudinem D. 0,142, latitudinem E. 0,135. Vide supra ad num. 48, 99, 125 et 145.

---

## 159. Cranium *Caffri* deforme.

Forsan cranium femineum, admodum asymmetricum. Os frontis cum osse parietali sinistro concretum est, deficiente in sinistro latere sutura coronali. Os occipitis oblique sinistrorsum transpositum est. Frons fere verticalis.
Uberior hujus cranii descriptio a filio meo exspectanda.

## 160. Cranium pueri *Caffri.*

Cranium ovale, elongatum, supra pone suturam coronalem depressum.
Occiput supra gibbum.
Ossa nasi fere plana.
Facies non prognatha.
A. 0,511. B. 0,367. C. 0,175. D. 0.137. E. 0,135. G. 0,040. G'. 0,029.

Cranium, ut e dentibus et magnitudine conjicio, pueri 6 aut 7 annorum. Sutura ossis intermaxillaris in palato distinctissima.
Molaris dens tertius utrinsecus adest, ex alveolis non ita diu emersus; duo dentes molares lactei sinistri supersunt; reliqui dentes elapsi sunt, sed conspiciuntur persistentes ad erumpendum dispositi.
Maxilla inferior deest. Os jugale sinistrum diffractum est.
Donum viri venerandi van der Riet.

## 161. Cranium *Hottentoti.*

Cranium ovale, antice angustum, ad tubera parietalia latum.
Frons angusta, gibba.
Ossa nasi depressa, in eodem plano sita ac processus frontales ossium supra-maxillarium.
Facies vix prognatha.
Maxilla inferior depressa, ramis brevibus. Mentum prominulum.
A. 0,496. B. 0,370. C. 0,176. D. 0,136. E. 0,139. G. 0,034. G'. 0,025.

Cranium viri juvenis, bene servatum. Elapsi sunt nonnulli ex dentibus. Pars occipitalis sutura transversa a reliquo osse occipitis separata est.
Donum doctissimi F. Lesueur Fleck.

## 162. Cranium *Hottentoti.*

Cranium elongato-ovatum, antice angustum.
Ossa nasi plana.
Facies vix prognatha.
Maxillae inferioris rami breves. Mentum prominulum.
A. 0,509. B. 0,374. C. 0,177: D. 0,134. E. 0,132. G. 0,039. G'. 0,034.

Cranium viri ob caedem commissam morte puniti, quod diu aëri expositum fuisse videtur. Diffractum est os jugale dextrum. Dentes pleriquc elapsi sunt.
Donum doctissimi F. Lesueur Fleck.

## 163. Cranium (ut videtur) *Hottentoti.*

Cranium oblongo-ovatum, antice mirifice angustum.
Os frontis medio gibbum. Arcus superciliares prominentes.
Orbitae transversae, depressae ut in *Lapponibus.*
Os nasi unicum, prorsus planum.
Facies orthognatha. Mentum verticale.
A. 0,529. B. 0,386. C. 0,181. D. 0,142. E. 0,145. G. 0,038. G'. 0,030.

Cranium repertum ad *Blaauwberg* in colonia Promontorii bonae spei. Sutura coronalis deleta est, sagittalis evanescens. Dentes, paucis molaribus exceptis, adsunt omnes, corona valde detrita. Foramen magnum inter condylos angustatum, pone condylum dextrum, introrsum flexum, oblique dilatatum.
Donum doctissimi F. Lesueur Fleck.

## 164. Cranium *Hottentoti*.

Cranium elongato-ovatum, fronte gibba.
Ossa nasi valde depressa. Spatium interorbitale planum.
Maxilla superior modice prominens.
Maxillae inferioris rami breves. Mentum rectum.
A. 0,527. B. 0,374. C. 0,179. D. 0,143. E. 0,140. G. 0,038. G'. 0,029.

Caput hujus Hottentoti misit doct. Biccard, medicus in Promont. b. Sp., mense Novembri 1857, spiritu vini servatum. Hujus capitis, ante cranii praeparationem, ectypon e gypso confici curavi.

Dentes omnes adsunt, excepto utrinsecus molari ultimo maxillae superioris; coronae valde detritae sunt.

## 165. Cranium *Boschjesmanni*.

Cranium ovale, elongatum.
Frons verticalis, gibba. Occipitis pars superior gibba.
Spatium interorbitale planum, *deficientibus ossibus nasi;* supra narium aperturam sutura inter partes frontales ossium supramaxillarium media ad os frontis adscendit.
Facies modice prognatha.
Maxilla inferior depressa, ramis brevissimis.
A. 0,501. B. 0,370. C. 0,171. D. 0,153. E. 0,150. G. 0,035. G'. 0,026.

Cranium exalbidum, quod forsan diu aëri expositum jacuit. E 32 dentibus non nisi 10 molares supersunt, elapsorum tamen superstitibus alveolis. — Ossicula quaedam Wormiana in sutura lambdoidea conspiciuntur.

Specimen hoc ad me missum est a doctissimo F. Lesueur Fleck 1847.

---

# CRANIA AMERICANA.

## 166. Cranium *Eskimotae* (incertae originis).

Cranium altum, ovale.
Orbitae magnae, quadratae.
Ossa nasi angusta.
Facies alta, praesertim maxilla inferior.
A. 0,523. B. 0,376. C. 0,181. D. 0,141. E. 0,139. G. 0,040. G' 0,029.

Cranium viri aetatis provectioris. Sutura sagittalis maximam partem deleta, sutura coronalis evanescens. Dentes quidam desiderantur, plurimi supersunt, qui omnes sani sunt sed coronam admodum detritam obferunt.

Emtum hoc cranium est e collectione Cl. REINWARDT.

## 167. Cranium *Groenlandi*, nati *Egedes Minde.*

Cranium elongatum. Carina quaedam aut gibbositas longitudinalis per medium cranium supra os frontis et juxta suturam sagittalem decurrit.

Orbitae magnae, quadratae.

Ossa nasi fere plana, supra perangusta. Fovea maxillaris profunda.

A. 0,511. B. 0,373. C. 0,178. D. 0,140. E. 0,133. G. 0,035. G.′ 0,028.

Cranium viri provectioris ut videtur aetatis.

Pars magna parietis superioris orbitae dextrae diffracta est.

Exceptis molaribus quibusdam et canino dente superiori dextro, reliqui dentes elapsi sunt. Margo alveolaris incisivorum inferiorum deletus est.

Cranium emtum e collectione Cl. G. SANDIFORT.

## 168. Cranium *Groenlandi* e *Disko.*

Cranium elongatum, superne longitudinali jugo eminente, ut superius, distinctum [1]).

Ossa nasi valde angusta, deflexa.

Orbitae amplae, quadratae.

Ossa supramaxillaria plana, absque fovea maxillari.

A. 0,502. B. 0,379. C. 0,181. D. 0,141. E. 0,124. G. 0,039. G′ 0,028.

Deest maxilla inferior. Dentes incisivi et molares anteriores cum canino dente dextro elapsi sunt.

Donum Cl. VAN DEEN Prof. Groningani, olim Med. Stud. in Universitate Lugd. Bat., tunc temporis auditoris mei.

## 169. Cranium antiqui *Peruviani* e valle *Areca.*

Cranium breve, latum, altum. Arcus superciliares eminentes.

Orbitae amplae, elongato-quadratae.

---

1) Esse hac in re notam quamdam essentialem positam, qua crania Groenlandica possint distingui, vix dubito. Etiam in duobus speciminibus suae collectionis eandem conformationem observaverat BLUMENBACH, *Dec. Cran.* IV. p. 12.

Fovea maxillaris profunda.

Maxilla inferior alta.

A. 0,509. B. 0,585. C. 0,171. D. 0,152. E. 0,144. G. 0,039. G'. 0,032.

Dentes in maxilla superiori omnes elapsi sunt; ex inferioribus supersunt duo incisivi, canini et duo molares.

Hoc cranium debeo viro humanissimo CUMING, Peregrinatori rerum naturalium curioso et conchyliorum collectori clarissimo.

## 170. Cranium *Goajiro* ex Granada.

Cranium ovale, depressum.

Os. frontis latum. Linea semicircularis superior in osse occipitis admodum distincta.

Orbitae elongatae (altiores quam latiores).

Ossa nasi longa, deflexa.

A. 0,491. B. 0,341. C. 0,171. D. 0,152. E. 0,155. G. 0,037. G'. 0,030.

Cranium effossum. Diffractus est arcus jugalis dexter. Maxilla inferior deest. Dentes adsunt omnes, exceptis molaribus sinistris ultimo ac penultimo et molari ultimo dextro.

Hoc cranium simul cum sequenti mihi dedit affinitate conjunctissimus J. VAN STOLK Roterodamensis, qui ex itinere suo Americano haec specimina reportavit. Cf. de his craniis, quae exposui in *Tijdschrift voor de Wis- en Natuurkundige Wetensch., uitgegeven door de eerste Klasse van het Koninkl. Nederl. Instit.*, Vde deel p. 36—41. Tab. I et II.

## 171. Cranium gentis *Guajiro.*

Cranium simile superiori.

A. 0,469. B. 0,330. C. 0,167. D. 0,125. E. 0,130. G. 0,031. G' 0,026.

Cranium eodem loco effossum, superiori simile at magis senile. Desideratur maxilla inferior. Suturae in cranio supersunt, sed elapsi sunt dentes omnes et margo alveolaris maximam partem deletus est.

# ECTYPA E GYPSO.

## 1*. Cranium feminae *Georgianae.*

E collectione craniorum Cl. Blumenbach. Hujus cranii, a Blumenbachio eximie laudati, iconem vide *Dec. Cranior.* III, Tab. 21, aut *Abbild. naturhist. Gegenst.*

## 2*. Cranium veteris *Graeci.*

Ex eadem collectione. — *Ic. Decad. Cranior.* VI. Tab. 51.

## 3*. Cranium summi poëtae Schiller.

Iconem dedit Cl. Carus, *Atlas der Cranioscopie*, Leipz. 1842 Heft I. Tab. 1.

## 4*. Cranium *puellae Suecicae* fere 2 annorum.

E Museo Anatomico Holmiensi.
Donum Clarissimi A. Retzii.
Cranium dolichocephalum, occipite summopere gibbo eminente, typum Suecicum eximie exhibens.

## 5*. Cranium *Normanni.*

E museo eodem. Donum ejusdem.
Cranium rustici ex Norwegia, altum, longum, eximie orthognathum.

## 6*. Cranium *Normanni.*

Cranium veteris militis, e medio aevo.
Ex eodem museo. Donum ejusdem.
Cranium altum, latum, simile cranio superiori.

## 7*. Cranium *Burgundicum* effossum.

Cranium cujus ectypon debeo amicae liberalitati viri Cl. A. Brullé, effossum est Divione (*Dijon*) et perhibetur esse Ducis Jani intrepidi, qui occisus est anno 1419. Maxilla inferior desideratur. Dubium mihi moveret an cranium sit Ducis illius destructus margo alveolaris, qualem in illa aetate non ita provecta (viri 48 annorum) vix exspectaveris.
Cranium latum, supra planum. Glabella prominens. Orbitae amplae.

8*. Cranium *Scoti*, quod pro typo Celtico habetur.

Donum Cl. Retzii.
Desideratur maxilla inferior.
Cranium eximie longum et angustum (C. 0,203. E. 0,127). Os frontis verticale. Tuber occipitale gibbum.

9*. Cranium Croatae (*Kroat*, *Ungaliner Kreitz*).

Donum Cl. A. Retzii.
Cranium breve, latissimum, postice planum.
Desideratur maxilla inferior.

10*. Cranium *Finni*.

E Museo Holmiensi. Donum ejusdem.
Cranium altum, brevi ovale, eximie orthognathum.

11*. Cranium *Russi Muscovitici*.

Ex eodem museo. Donum ejusdem.

12*. Cranium feminae *Lapponicae*.

Ex eodem museo. Donum ejusdem.

13*. Cranium puellae Lapponicae 2 fere annorum.

Ex eodem museo. Donum ejusdem.
Aptissimum specimen ad declarandam gentilitiam cranii varietatem, si comparatur cum cranio puellae Suecicae no. 4*.

14*. Cranium *Lapponis*, qui mortem subiit ob commissam caedem anno 1822.

Ex eodem museo. Donum ejusdem.

15*. Cranium veteris *Dani*.

E museo Hauniensi. Dedit Clariss. J. van Deen, Prof. Groninganus.
Cranium praelongum (C. 0,225). Linea semicircularis superior ossis occipitis efformat cristam distinctissimam. Desideratur maxilla inferior et maxima pars dextra cranii. Apparet cranii pars interior.

16*. Cranium *Lapponis*.

E museo anatomico Hauniensi. Dedit Cl. J. van Deen.

17*. Cranium veteris incolae *Daniae*.

E museo Eschrichtii. Emtum e supell. Cl. G. Sandifort, cui hoc ectypon dederat Cl. van Deen.

## 18*. Cranium veteris incolae *Daniae.*

E museo Eschrichtii. Dedit van Deen.
Ann. Antiquitus per Scandinaviam et Daniam dispersam fuisse gentem ab hodiernis incolis prorsus diversam sed Lapponibus similem his craniis, e tumulis desumtis, luculenter probatur.

## 19*. Cranium Mongolicum (*Burati*, non procul a mari Baïkal degentis).

E Museo Holmiensi. Donum Cl. Retzii.
Cranium brachycephalum, postice latum, orthognathum.

## 20*. Cranium *Kamtschadali.*

E Museo cranior. Cl. Blumenbach.
Ectypon cranii cujus iconem dedit olim Cl. Blumenbach, *Dec. Cran.* Tab. 62.

## 21*. Cranium *Kirgisi.*

E Museo Holmiensi; dedit Cl. Retzius.
Cranium altum, fronte reclinata. Arcus superciliares prominentes. Facies longa.

## 22*. Cranium *Tungusae.*

E collectione Blumenbachiana. Vide iconem in *Dec. Cran.* Tab. 16.

## 23*. Cranium feminae Abyssinicae.

E Museo Holmiensi. Dedit Cl. A. Retzius.
Cranium elongatum, postice latius. Occiput gibbum. Facies subprognatha. Maxilla inferior humilis.

## 24*. Cranium *Caffri Bassuti.*

E museo Holmiensi; dedit Cl. A. Retzius.
Cranium angustum, longum, altum. Facies vix prognatha. Mentum prominulum.

## 25*. Cranium *Aethiopis.*

E collectione Blumenbachiana (*Dec. Cran.* I. Tab. 7).

## 26*. Cranium *Aethiopissae.*

E collectione Cl. Blumenbachii (forsan cranium, quod Tab. 19 in altera Decade Cranior. delineatum est, sed differt forma maxillae inferioris).

27*. Cranium *Aethiopis* ex *Darfour.*

Cranium exstat in Museo academico L. B. ex supellectili Cl. BRUGMANS, et a Cl. SANDIFORT in Catalogo, quem conscripsit, indicatur no. 553. Iconem hujus cranii dedit SANDIFORT in *Tabul. Cran.* Fasc. III. tab. 4. Hoc ectypon, mea cura confectum, divenditur.

28*. Cranium *Konjagi* (ex America septentrionali Russica).

E Museo Helsingforgensi. Donum Cl. A. RETZII.
Cranium altum, breve. Ossa parietalia mox pone suturam coronalem descendunt. Summa est latitudo cranii in posteriori et inferiori parte ossium parietalium.

29*. Cranium *Inlinkith* s. *Koluschi* ex insulis Americae Russicae.

E museo Helsingforsensi. Donum Cl. A. RETZII.
Cranium magnum, latum; prominent ossa temporum superiora versus.

30*. Cranium *Chinoucki*, e Regione *Oregon.*

Ex Museo Holmiensi; donum ejusdem.
Cranium supra planum; postice latum. Frons reclinata. Maxilla inferior desideratur.

31*. Cranium *Chinoucki*, e Regione *Oregon.*

Ex eodem Museo; donum ejusdem.
Simile cranium superiori, sed praeditum maxilla inferiori. Puerilis aetatis est.

32*. Cranium Indiani *Mexicani*, e vicinia Sinus *de Ma.*
Ex eodem Museo; donum ejusdem.
Cranium artificiose difforme, cordatum, medio supra depressum, utrinsecus ad ossa parietalia et antrorsum ad frontem gibbum.

33*. Cranium *Orowaccae* (incolae Guyanae belgicae Surinamensis).

Cranium, cujus ectypon confici curavi, reperitur in Museo Anatomico Acad. Lugd. Bat. (Num. 560 catalogi a SANDIFORTIO editi), et huic museo accesserat e supell. viri meritissimi BRUGMANS.

34*. Cranium pueri e gente Indorum orientalium prope *Boliviam.*

Ex museo Holmiensi. Donum Cl. A. RETZII.
Frons oblique depressa, supra in tuber adscendens.
Cranium altum, breve, occipite verticali. Facies prognatha.

## 35*. Cranium *Peruviani.*

Ex museo anatomico Holmiensi. Donum viri Cl. A. Retzii.
Cranium e stirpe Aymararum (*Cuzço*), acceptum a viro spectatissimo Chaumette de Fossé, consule generali in urbe *Lima.*
Cranium dolichocephalum, prognathum.

## 36*. Cranium Peruvianum (*Inca*).

Ex eodem Museo; donum ejusdem.
Cranium breve, asymmetricum, occipite verticali lato.
Cranium hoc effossum missum est ad Cl. Retzium a meritissimo quondam craniologo Morton, M. D. Philadelphensi.

## 37*. Cranium *Pampae.*

Ex eodem Museo; donum ejusdem.
Cranium brachycephalum, prognathum.

## 38*. Cranium *Patagonii.*

Ex eodem museo; donum ejüsdem.
Desideratur maxilla inferior.
Cranium admodum longum, angustum.
Fossae temporales profundae.

## 39*. Cranium incolae *insulae van Diemen.*

Ectypon hocce, emtum *Lutetiae Parisiorum,* non ea, quae fidem meretur, cura confectum videtur.
Cranium altum, breve, rotundum. Ossa parietalia mox pone suturam coronalem descendunt.

# CORRIGENDA.

p. 2. lin. 11. coflectionis *lege* collectionis
" 6. " 17. digna " dignae
" 9. " 1. *dele* I ante verba VARIETAS CAUCASIA.
Reliqua corrigat benevolus lector.